AMMINISTRAZIONE DELLA PROVINCIA
DI TORINO
BIBLIOTECA
R. - c - 4

Sconosciuto al Sander

Trino, Giacomo Portonari
1543

¶ HEROIDAS

OVIDII DILIGENTER CASTIGATAS
humaniſſime accipe Lector in quibus
pręter ſingularum argumenta exē/
plarum in fronte cuiuſq3 inſer/
ta: habes in margine pluriū
doctiſſimorum virorum
obſeruationes ſuis
in locis po/
ſitas.
In primis Policiani: Merulę: Hubertini:
Aldi: Ignacij: Volſci: Georgij Car
rarię: cum ſententijs ethicis
Maiori cum rerū copia
quā vnq3 legeris
preelectis.



PVBLII OVIDII NASONIS VITA.

Ouidius Naſo ex vetuſta equeſtri ordinis familia Sulmoni pelignorū Urbe antiquiſſima natus eſt: Patre Naſone qui quatrijs minerue quartodecimo kalendas Aprilis Aulo hircio ⁊ panſa conſ. quo tēpore vterqz bello Mutinenſi periit: fratrem habuit maiorē natu cum quo ſub eruditiſſimis grāmaticis Graſſio Paſcile ⁊ Stribonlo aphrodiſio profecit. forum primo hortante patre ſecutus eſt: verum eo mortuo ad amenio res Muſas ad quas animus pronius ferebatur rediit. Octauij dono eques trium viratū tulit: amicos inter poetas habuit. Aemilium Marcum ac Poncium qui thebaida ſcripſit: necnon Propercium qui elegias ⁊ bacchum qui iambos edidit ⁊ Horatium vt ipſe de ſe ſcribens in vltima elegia quarti libri triſtium teſtatur: vxores tres habuit quarū duas repudiauit: cum tertia autē ſanctiſſime ſemper vixit ex qua duas ſuſcepit filias. tandem miſſus eſt in exilium ab Auguſto cauſam exilij videtur ⁊ ipſe ignorare: ſunt qui dicunt illum Liuiam druſillam nudam vidiſſe: alij ꝙ libros amorū ſcripſerit: ipſe vero vtrūqz in diuerſis locis tangit hortos habuit in colle quirinali āno nono quo miſſus eſt in exilium periit: ſepultuſqz eſt thomis ſcripſit Methamorphoſeon: Faſton: heroidas: libros Triſtium: de Ponto: de arte amandi: de remedio amoris ibin: epiſtolam ſapphus multaqz alia quæ paſſim feruntur ſub nomine ipſius.

Georgius Carraria Lectoribus. S. P. D.

Habetis ingenij adoleſcentes Naſonis heroidas nunc tandē correctas omnibus in ſuis locis: errores qui paſſim aliorum iniuria pullulabant cunctos e medio obeliſco ſuſtulimus: verā qz lectionē reſtituimus: conatiqz pro ingenij noſtri viribus ſumus vt q̃ emendatiſſime in iuuenum manus traderentur: quātum autem laborauerimus ante q̃ poſſemus dorico filio carioſos locos ipſos ⁊ deprauatos ad primam ſymetriam digerere: iudicabunt hi qui aliena ſcripta corrigenda ſibi diligunt: tantus eſt enim noſtro tempore (vtinam minimus eſſet) impreſſorum numerus: quorum cura omnis verſatur non vt q̃ caſtigatiſſime libri imprimantur ſed vt ſumma feſtinatione fede cudantur. vnde fit vt plerūqz melius eſſet his carere q̃ abundare: quod niſi extarent docti viri qui die noctuqz ſub fructificantes errores acie calamorum ⁊ ſtudiorum certo iudicio de medio tollerent non eſſet poeta cuius carmen ineptiſſimis maculis non efflueret. Ea igitur mi adoleſcentes certa ſpe Ouidij heroidas vobis parate: meoqz periculo tuti eſtote. aureſqz veſtras iocundiſſima lectione perſonare finite: liuidulorū naſum paruifacite: quibus nec ſua nec aliena placent: ſatis ſit nobis ꝙ cōmuni vtilitati conſulendum eſſe duximus.

PROVINCIA DI TORINO BIBLIOTECA

PVBLII OVIDII NASONIS SVLMONENSIS HEROIDES
PENELOPE VLYSSI.

¶ Conqueritur de lentitudine Vlyſſis mariti q̄ poſt aliorum ducum reditum in patriam ſolus abſit.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes.
Nil mihi reſcribas: attamen ipſe veni.
Troia iacet certe Danais inuiſa puellis.
Vix Priamus tanti: totaq; Troia fuit. Fuit al's ruit. vt Egnatius obſeruat.
O vtinam tunc cum lacedemona claſſe petebat. Imprecatio in Paridē.
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis
Non ego deſerto: iacuiſſem frigida lecto:
Nec quererer tardos ire relicta dies.
Nec mihi quęrenti ſpacioſam fallere noctem:
Laſſaret viduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula veris?
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
In te fingebam violentos Troas ituros.
Nomine in hectoreo pallida ſemper eram:
Siue quis Antilochū narrabat ab Hectore victū Amēnone vl ctū legendū eſt aut amphimachus ꝛ non antilocum.
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.
Siue Menętiadem falſis cecidiſſe ſub armis:
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.
Sanguine Tlepolemus lyciam tepefecerat haſtā
Tlepolemi leto cura nouata mea eſt.
Deniq; quiſquis erat caſtris iugulatus achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat Solicita ad aliorum periculum. Exēplo firmat ſuſpitioneo.
Sed bene conſuluit caſto deus ęquus amori.
Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro.
Argolici rediere duces: altaria fumant.
Ponitur ad patrios barbara pręda deos.

Grata ferunt Nymphę pro ſaluis dona martis.
Illic victa ſuis Troica facta canunt.
Mirantur iuſtiqꝫ ſenes: trepidęqꝫ puellę.
Narrantis coniux pendet ab ore viri.
Iamqꝫ aliquis poſita monſtrat fera pręlia menſa:
Pingit ⁊ exiguo pergama tota mero.
Hac ibat Simois: hic eſt Sigeia tellus.
Hic ſteterat Priami regia cęſa ſenis.
Illic Aeacides: illic tendebat Vlyſſes.
Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.

Omnia intellexit a filio cui Neſtor retulit.

Omnia namqꝫ tuo ſenior te quęrere miſſo
Retulerat nato Neſtor: at ille mihi
Retulit ⁊ ferro Rheſumqꝫ Dolonaqꝫ cęſos.
Vtqꝫ ſit hic ſomno proditus: ille dolo
Auſus es o nimium: nimiumqꝫ oblite tuorum
Thracia nocturno tangere caſtra dolo.
Totqꝫ ſimul mactare viros adiutus ab vno.
At bene cautus eras: ⁊ memor ante mei.
Vſqꝫ metu micuere ſinus: dum victor amicum.
Dictus es Iſmarijs iſſe per agmen equis.
Sed mihi quid prodeſt veſtris diſiecta lacertis
Ilios: ⁊ murus: quod fuit ante ſolum?

Inopinatum ſubdit.

Si maneo qualis Troia durante manebam.
Virqꝫ mihi dempto fine carendus abeſt?
Diruta ſunt alijs: vni mihi pergama reſtant.
Incola captiuo quę boue victor arat.
Iam ſeges eſt vbi Troia fuit reſerandaqꝫ falce:
Luxuriat frigio ſanguine pinguis humus.
Semiſepulta virum curuis feriuntur aratris.
Oſſa ruinoſas occulit herba domos.

Non tantū mora ledit q̄ qd cauſa moratur.

Victor abes: nec ſcire mihi quę cauſa morandi.
Aut in quo lateas ferreus orbe licet.
Quiſquis ad hęc vertit peregrinā littora puppim.
Ille mihi de te multa rogatus abit.

Quamq3 tibi redeat: ſi te modo viderit vſquam.
Traditur huic digitis charta notata meis.
Nos pylon antiqui neleia nectoris arua
Miſimus: incerta eſt ſama remiſſa Pylo.
Miſimus ⁊ Spartem: ſparte quoq3 neſcia veri ¶Præter inquiſitionẽ ⁊ lr̃as percõtabatur venientes ad litt⁹.
Quas habitas terras: aut vbi lentus abes.
Utilius ſtarent etiam nunc menia phębi
Iraſcor votis (heu) leuis ipſa meis.
Scirem vbi pugnares: ⁊ tantum bella timerem.
Et mea cum multis iuncta querella foret.
Quid timeam ignoro: timeo tamen oĩa demens. Colligit cãs.
Et pater in curas area lata meas.
Quęcunq3 ęquor habet: quęcũq3 pericula tellus:
Tam longe cauſas ſuſpicor eſſe morę.
Hęc ego dum ſtulte meditor: quę veſtra libido eſt:
Eſſe peregrino captus amore potes.
Forſitan ⁊ narras q̃3 ſit tibi ruſtica coniux
Quę tantum lanas non ſinit eſſe rudes.
Fallar: ⁊ hoc crimen tenues vaneſcat in aures:
Ne ve reuertendi liber adeſſe velis. ¶Preſũptio quæ colligit quæ Ulyſſes potuiſſet obijcere.
Me pater Icarius viduo diſcedere lecto
Cogit: ⁊ immenſas increpat vſq3 moras.
Increpet vſq3 licet: tua ſim: tua dicar oportet:
Penelope coniux ſemper Ulyſſis ero.
Ille tamen pietate mea precibuſq3 pudicis.
Frangitur: ⁊ vires temperat ipſe ſuas.
Dulichij: ſamijq3: ⁊ quos tulit alta Zacynthos: Ab immũditia procorũ arguit.
Turba ruunt in me luxurioſa proci.
Inq3 tua regnant nullis prohibentibus aula.
Uiſcera noſtra: tuę dilacerantur opes.
Quid tibi piſandrum: polybũq3: Medũtaq3 dirũ:
Eurimachiq3 auidas. Antinoiq3 manus:
Atq3 alios referam: quos omnes turpiter abſens
Ipſe tuo patris ſanguine rebus alis.

Irus egens: pecoriſqꝫ Melāthius autor edendi.
Vltimus accedunt in tua damna pudor:
Pathos a ſexu ⁊ etate. Tres ſumus imbelles numero: ſine viribus vxor.
Laerteſqꝫ ſenex: Thelemacuſqꝫ puer.
Ille per inſidias pene eſt mihi nuper ademptus.
Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Dij precor hoc iubeant: vt euntibus ordine fatis:
Ille meos oculos comprimat ille tuos.
Notum. Hoc faciunt cuſtoſqꝫ boum: longeuaqꝫ nutrix:
Tertius immunde cura fidelis harę.
Sed neqꝫ Laertes: vt qui ſit inutilis annis:
Hoſtibus in medijs regna tenere poteſt.
Thelemaco veniet: viuat modo: fortior ętas.
Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.
Iuſta ſuaſio Nec mihi ſunt vires inimicos pellere tectis
Tu citius venias portus: ⁊ aura tuis.
Eſt tibi: ſitqꝫ precor natus: qui mollibus annis.
In patrias artes erudiendus erat.
Reſpice Laertem: vt iam ſua lumina condas.
Extremum fati ſuſtinet ille diem.
Certe ego que fueram te diſcendente puella:
Protinus vt redeas: facta videbor anus.

PHILLIS DEMOPHOONTI.

¶ Phyllis conqueritur ꝙ Demophoon cui nuptiarum dederat ſponſionem ⁊ hoſpitio ſuſceperat in tempus promiſſum non rediret ſuadet igitur vt beneficiorum memor perſiſtat in fide ꝙ ſi negligit ſtare violatum pudorem leto compenſabit.

Præponit promiſſis legittima expoſtulatio. Hoſpita demophoō tua te rhodopeia phyllis
Vltra promiſſum tempus abeſſe queror.
Cornua cum lunę pleno ſemel orbe coiſſent:
Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt.
Luna quater latuit: toto quater orbe recreuit:
Nec vehit actęas Sythonis vnda rates.
Tēpora ſi numeres: bene q̄ numeramus amātes:
Non venit ante ſuam noſtra querella diem.

Spes quoqꝫ lenta fuit: tardę: quę credita lędunt:
Credimus: inuita nunc ⁊ amante nocent:
Sępe fui mendax pro te: mihi sępe putaui
Alba procellosos vela referre notos.
Thesea deuoui: quia te dimittere nollet:
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.
Interdum timui: ne dum vada tendis ad hebri:
Mersa foret cana naufraga puppis aqua.
Sępe deos supplex: vt tu scelerate valeres:
Ipse mihi dixi: si valet: ipse venit.
Deniqꝫ fidus amor: quicquid ꝓperātibus obstat:
Finxit: ⁊ ad causas ingeniosa fui.
At tu lentus abes: nec te iurata reducunt
Numina: nec nostro motus amore redis.
Demophoon ventis ⁊ verba ⁊ vela dedisti.
Vela queror reditu: verba carere fide.
Dic mihi quid feci: nisi non sapienter amaui?
Crimine te potui demeruisse meo.
Vnum in me scelus est: q̄ te scelerate recepi:
Sed scelus hoc meriti pondus: ⁊ instar habet.
Iura fides vbi nunc: cōmissaqꝫ dextera dextrę:
Quiqꝫ erat in falso plurimus ore deus?
Promissus socios vbi nūc hymenęus in annos?
Qui mihi coniugij sponsor ⁊ obses erat:
Per mare: quod totum ventis agitatur ⁊ vndis
Per quod sępe ieras: per quot iturus eras:
Perqꝫ tuum mihi iurasti (nisi fictus ⁊ ille est)
Concita qui ventis ęquora mulcet auum:
Per venerem: nimiumqꝫ mihi facientia tela
Altera tela arcus: altera tela faces:
Iunonemqꝫ totis: quę pręsidet alma maritis:
Et per tedifere mystica sacra deę.
Si de tot lesis sua numina quisqꝫ deorum
Vindicet in pęnas non satis vnus eris.

Quæ diuti⁹ fuerūt expectata si non veniāt ledūt expectantes.

Phyllis p̄ces sæpe fecit.

Cōmiseratio ē et causa q̄ olī eueniat.

Ab vetuſta lectio. At.

Ah laceras etiam puppes ſurioſa reſeci:
Ut qua deſererer firma carina foret.
Remigiumqꝫ dedi: quo me fugiturus abires.
Heu patior telis vulnera facta meis.
Credidimus blandis: quorum tibi copia: verbis.
Credidimus generi: numinibuſqꝫ tuis.
Credidimus lachrymis: an ⁊ hę ſimulare docent?
Hę quoqꝫ habent artes: quaqꝫ iubentur eunt
Dijs quoqꝫ credidimus: qd iã tot pignora vobis?
Parte ſatis potui qualibet inde capi.
Nec moueor quod te iuui portuqꝫ: locoqꝫ:
Debuit hęc meriti ſumma fuiſſe mei.

Os hoſpicium amoꝝ laſciuia auxeri doler.

Turpiter hoſpicium lecto cumulaſſe iugali
Penitet ⁊ lateri conſeruiſſe latus.
Quę fuit ante illam: mallem ſuprema fuiſſet
Nox mihi dum potui Phyllis honeſta mori.
Speraui melius: quia te meruiſſe putaui.
Quęcunqꝫ ex merito ſpes venit: ęqua venit.
Fallere credentem non eſt operoſa puellam:
Gloria ſimpliciter digna fauore fuit.

Cõmiſeratio ab etate ⁊ ſexu.

Sum decepta tuis ⁊ amans ⁊ femina verbis.
Dij faciant laudis ſumma ſit iſta tuę:
Inter ⁊ ęgidas media ſtatuaris in vrbe.
Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis.

Alias Procuſtes.

Cuꝫ fuerint Scyron lectus: toruuſqꝫ Procuſtes:

Auget. Theſei geſta vt tãto magis inſimuletur.

Et ſcinis ⁊ tauri mixtaqꝫ forma viri. centauri
Et domitę bello Thębę fuſiqꝫ bimembres:
Et pulſata nigri regia cęca dei.
Hęc tua poſt illos titulo ſignetur imago:
Hic eſt cuius amans hoſpita capta dolo eſt.
De tanta rerum turba: factiſqꝫ parentis.
Sedit in ingenio creſſa puella tuo.

Phe exitus põt purgari. Alias creſſa relicta tuo.

Quod ſolum excuſat ſolum miraris in illo:
Heredem patrię perfide fraudis agis.

Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito:
Inqꝫ capiſtratis Tigribus alta ſedet.
At mea deſpecti fugiunt connubia Thraces:
Quod ferox externum prępoſuiſſe meis.
Atqꝫ aliquis doctas iã nunc eat: inquit: Athenas:
Armiſeram Thracen: qui regat: alter erit
Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
At ſi noſtra tuo ſpumeſcant ęquora remo:
Iam mihi: iam dicat conſuluiſſe meis.
Sed neqꝫ conſului: nec te me regia tangit:
Feſſaqꝫ biſtonia membra lauabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhęret:
Cum premerer portus claſſis itura meos.
Auſus es amplecti: colloqꝫ infuſus amantis
Oſcula per longas iungere preſſa moras.
Cũqꝫ tuis lachrymis lachrymas ꝯfũdere noſtras
Quodqꝫ foret velis aura ſecunda: queri.
Et mihi diſcedens ſuprema dicere voce:
Phylli fac expectes Demophoonta tuum.
Expectem: qui me nunq̃ viſurus abiſti?
Expectem pellago vela negata meo?
Et tamen expecto: redeas modo ſerus amanti:
Ut tua ſit ſolo tempore lapſa fides.
Quid precor infelix? iam te tenet altera coniux
Forſitan: ⁊ nobis qui male facit amor.
Utqꝫ tibi excidimus: nullam puto Phyllida noſti
Hei mihi ſi quę ſim Phyllis: ⁊ vnde rogas?
Quę tibi Demophoon longis erroribus acto
Tericios portus: hoſpiciumqꝫ dedi.
Cuius opes auxere meę: cui diues egenti
Munera multa dedi: multa datura fui:
Quę tibi ſubieci latiſſima regna Lygurgi:
Nomine femineo vix ſatis apta regi.

Purgat ſe a fortuna.

Amplificatio cum demonſtratione ſui officij. Simulatas arguit blanditias.

Commemorat ſua officia.

Qua pater umbroſū Rhodope glacialis ad hemū
Et ſacer admiſſas exigit hebrus aquas.
Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris:
Caſtaqꝫ fallaci zona recincta manu:
Pronuba Tiſiphone thalamis vlulauit in illis:
Et cecinit meſtum deuia carmen auis.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris:
Suntqꝫ ſepulchrali lumina mota face:
Meſta tamen ſcopulos fructicoſaqꝫ littora calco
Quaqꝫ patent oculis littora lata meis.
Siue die laxatur humus: ſeu frigida lucent
Sidera: proſpicio quis freta ventus agat.
Et queꝗcumqꝫ procul venientia linthea vidi.
Protinus illa meos auguror eſſe deos.
In freta procurro: vix me retinentibus vndis:
Mobile qua primas porrigit equor aquas.
Quo magis accedunt: minus ⁊ minus vtilis aſto.
Linquor: ⁊ ancillis excipienda cado.
Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus:
Vltima prerupta cornua molle rigent.
Hinc mihi ſuppoſitas immittere corpus in vndas
Mens fuit: ⁊ quoniam fallere pergis: erit.
Ad tua me fluctus: proiectam littora portent:
Occurramqꝫ oculis intumulata tuis.
Duricia ferrum vt ſuperes: adamanta: teqꝫ.
Non tibi ſic dices Phylli ſequendus eram.
Sepe venenorum ſitis eſt mihi: ſepe cruenta,
Traiectam gladio morte perire iuuat
Colla queqꝫ infidis: que ſe nectenda lacertis.
Prebuerant laqueis implicuiſſe iuuat.
Stat nece matura tenerum penſare pudorem.
In necis electum parua futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſa inuidioſa ſepulchro.
Aut hoc: aut ſimili carmine notus eris.

Amplificat bñficia quia plus eſt dare virginitatem ꝗ̄ reg.

Loc⁹ deſcribit quo vult ſe ꝑcipitare.

Cōmemorat genera mortis.

Phyllida Demophoon leto dedit: hoſpes amātē
Ille necis cauſam: prębuit ipſa manum.

Carmē quid ſcribi tumu
lo iubet.

BRYSEIS ACHILLI.

¶ Bryſeis conqueritur q̄ ab Achille nō repetatur atq; obiectionibus cunctis quæ fieri poſſunt reſpondet vt patet.

Querimo-
nias hz non
acres ſed ap
parata orō-
ne quales ca
ptiua decet
premunitas.

Q Uam legis a rapta Bryſeide littera venit
Vix bene barbarica gręca notata manu.
Quaſcunq; aſpicies lachrymę fecere lituras:
Sed tamen hę lachrymę pondera vocis habent.
Sed ſi pauca queri de te dominoq; viroq;
Fas eſt: de domino pauca: viroq; querar.
Non ego poſcenti quod ſum cito tradita regi
Culpa tua eſt: q̄uis hęc quoq; culpa tua eſt.
Nā ſimul Eurybates me: Talthybiuſq; vocarūt.
Eurybathi data ſum: Talthybioq; comes
Alter in alterius iactantes lumina vultum.
Querebant taciti noſter vbi eſſet amor.
Differri potui: pęnę mora grata fuiſſet:
Hei mihi diſcedens oſcula nulla dedi.
At lachrymas ſine fine dedi: rupiq; capillos:
Infelix iterum ſum mihi viſa rapi.
Sępe ego decepto volui cuſtode reuerti:
Sed me qui timidam prenderet hoſtis erat.
Si progreſſa forem: caperer ne nocte: timebam:
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data ſum: quia danda fui: tot noctibus abſum:
Nec repetor: ceſſas: iraq; lenta tua eſt.
Ipſe menętiades tunc cum tradebar in aure:
Quid fles? hic parue tempore dixit: eris.
Non repetiſſe parū eſt pugnas ne reddat: Achille
I nunc: & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te Thelamone & Amintore nati.
Ille gradu propior ſanguinis ille comes.
Laerteq; ſatus per quos comitatę redirem:

Suas expo-
nit medita-
tiones.
Nocte receſ
us forte legi
aldus putat.

Probat qđ
recuſetur.

Auxeunt blanda grandia dona prece.
Uiginti fuluos operoſo ex ęrę lebetes:
Et tripodas ſeptem pondere ⁊ arte pares.
Addita ſunt illis auri bis quinqꝫ talenta.
Bis ſex aſſueti vincere ſemper equi.
Quodqꝫ ſuperuacuum eſt: forma pręſtante puellę
Leſbides: euerſa corpora capta domo.
Cūqꝫ tot his: ſed non opus eſt tibi cōiuge: coniux
Ex agamenonijs vna puella tribus.
Si tibi ab Atrida precio redimenda fuiſſem:
Quę dare debueras accidere illa negas.
Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille?
Quo leuis a nobis tam cito fugit amor?
An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget?
Nec venit inceptis mollior aura meis?
Diruta marte tuos lirneſia męnia vidi:
Et fueram patrię pars ego magna meę.
Uidi conſortes pariter generiſqꝫ neciſqꝫ:
Tres cecidiſſe: tribuſqꝫ quę mihi mater erat.
Uidi: quantus erat: fuſum tellure cruenta:
Pectora iacentem ſanguinolenta virum.
Tot tamen amiſſis te compenſauimus vnum.
Tu dominus: tu vir: tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquoſę:
Utile dicebas ipſe fuiſſe capi.
Scilicet: vt quamuis veniam dotata: repellar?
Et mecum fugias: quę tibi dantur opes?
Quin etiam fama eſt: quum craſtina fulſerit aura
Te dare nubiferis lintea plena nothis.
Quod ſcelus vt pauidas miſere mihi ꝯtigit auras
Sanguinis atqꝫ animi pectus inane fuit.
Ibis: ⁊ o miſeram cui me violente relinquis:
Quis mihi deſerte mitę leuamen erit?
Deuorer ante precor ſubito telluris hiatu:

Recuſas illa M. inerua que vt me recipes debueras vltro tradere.

Pōt etiam legi hora.

Aut titulo miſſi ſulminis igne ~~cerner~~: *Parthos a commiſeratione.*
Quam ſine me phthijs caneſcant equora remis:
Et videam pupes ire relicta tuas.
Si tibi iam redituſqʒ placent: patrijqʒ penates:
Non ego ſum claſſi ſarcina magna tue. *A facili.*
Victorem captiua ſequar: non nupta maritum:
Eſt mihi que lanas molliat apta manus.
Inter acheiades longe pulcherrima matres: *Extenuatio fortunæ.*
In thalamos coniux ibit: eatqʒ tuos.
Digna nurus ſocero: Jouis egineqʒ nepote:
Cuiqʒ ſenex Nereus ꝓſocer eſſe velit.
Nos humiles ſamuleqʒ tue data penſa trahemus:
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos.
Exagitet ne me tantum tua deprecor vxor:
Que mihi neſcio quo non erit equa modo:
Ne ve meos coram ſcindi patiare capillos:
Et leuiter dicas: hec quoqʒ noſtra fuit.
Vel patiare licet dum non contempta relinquar:
Hic mihi ve miſere concutit oſſa metus: *Dicūtur ad cōmouendū animū achillis.*
Quid tamen expectas? Agamēnona penitet ire
Et iacet ante tuos grecia meſta pedes. *Obſtinationis Achillis poenitet agamēnonem.*
Vince animos: iramqʒ tuam: qui cetera vincis.
Quid lacerat danaas impiger Hector opes?
Arma cape Aeacide: ſed me tamen ante recepta:
Et preme turbatos Marte fauente viros
Propter me mota eſt: ꝓpter me deſinat ira:
Simqʒ ego triſtitie cauſa: moduſqʒ tue.
Nec tibi turpe puta precibus ſuccumbere noſtris.
Coniugis oenides verſus in arma prece eſt. *Occurrit obiectioni.*
Res audita mihi: nota eſt tibi: fratribus orba.
Deuouit nati ſpemqʒ caputqʒ parens.
Bello erat ille ferox. poſitis ſeceſſit ab armis.
Et patrie rigida mente negauit opem.
Sola virum flexit coniux felicior illa:

At mea pro nullo pondere verba cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro coniuge geſſi
Sepius in domini ſerua vocata torum

Ab eius q̃d
mutauit ani
mū a ppoſi
to ad accipiē
dum arma.

Me quedam (memini) dominam captiua vocabat
Seruitio dixi nominis addis onus.
Per tamen oſſa viri ſubito male tecta ſepulchro
Semper iudicijs oſſa verenda meis.
Perqꝫ trium fortes animas: mea numina: fratrum
Qui bene pro patria: cum patriaqꝫ iacent.
Perqꝫ tuum: noſtrūqꝫ caput: quod iūximus vna:

Iuramento
affirmat ſe
nō fuiſſe ta-
ctā ab Aga-
mēnone.

Per tuos enſes cognita tela meis.
Nulla mycenęum ſociaſſe cubilia mecum
Iuro: fallentem deſeruiſſe velis.
Si tibi nunc dicam fortiſſime tu quoqꝫ iura
Nulla tibi ſine me gaudia facta: neges?
At danai mȩrere putant: tibi plectra mouentur:
Te tenet in trepido mollis amica ſinu.
Et ſi quis quȩrat quare pugnare recuſes:
Pugna nocet citharȩnoreqꝫ: Venuſqꝫ iuuant.
Tutius eſt iacuiſſe toro: tenuiſſe puellam:
Threiciam digitis increpuiſſe lyram:
Quā manibus clypeos: & acutȩ cuſpidis haſtam:

Obiectio q̃-
dam ad ea q̃
poſſent dici.

Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma.
Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant:
Partaqꝫ bellando gloria dulcis erat
An tantum dum me caperes fera bella probabas?
Cumqꝫ mea patria laus tua victa iacet?
Dij melius: varidoqꝫ precor vibrata lacerto
Tranſeat hectoreum Pelias haſta latus.
Mittite me danai dominum legata rogabo:
Mixtaqꝫ mandatis oſcula multa feram.
Plus ego q̃ Phenix: plus q̃ facūdus Vlyſſes.
Plus ego q̃ Teucri (credite) frater agam.
Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis

Preſente ſcʒ oculos admonuiſſe ſinu.
Sic licet immitis: matriſcʒ ferocior vndis:
Ut taceam: lachrymis comminuere meis.
Nunc quocʒ (ſic oēs peleus pater impleat annos
Sic eat auſpicijs Pyrrhus ad arma tuis)
Reſpice ſollicitam Briſeida fortes Achille:

Adiurat Achillē ut ſui miſereatur.

Nec miſeram lenta ferreus vre mora.
At ſi verſus amor tuus eſt in tędia noſtris:
Quam ſine te cogis viuere: coge mori.
Utcʒ facis coges: abijt corpuſcʒ: colorcʒ:
Suſtinet hoc animi ſpes tamen vna tui.
Qua ſi deſtituar: repetam fratreſcʒ: virumcʒ.
Nec tibi magnificum femina iuſſa mori.
Cur autem iubeas? ſtricto pete corpora ferro:
Eſt mihi qui foſſo pectore ſanguis eat.

In magis malis tollerabilius eſt mori.

Me petat ille tuus: qui ſi dea paſſa fuiſſet
Enſis in Atridę pectus iturus erat.
At potius ſerues noſtram: tua munera: vitam:
Quod dederas hoſti victor amica rogo.
Perdere quo melius poſſis neptunia prębent
Pergama mater iam cędis ab hoſte pete:
Me modo: ſiue paras impellere remige claſſem
Siue manes: domini more venire iube.

PHEDRA HIPPOLITO.

¶ Amorem ſuum indicat conaturcʒ multis rationibus hyppolitum ad libidinem ſuam deflectere.

QUa niſi tu dederis caritura eſt ipſa: ſalutem
Mittit amazonio creſſa puella viro.
Perlege quodcūcʒ eſt: q̄d epiſtola lecta nocebit?
Te quocʒ in hac aliquid: quod iuuat eſſe poteſt
His arcana notis terra: pelagocʒ feruntur:
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Ter tecum conata loqui: ter inutilis hęſit
Lingua: ter in primo deſtitit ore ſonus.
Qua licet: ⁊ ſequitur: pudor eſt miſcendus amori:

Dicere que puduit ſcribere iuſſit amor.
Quicquid amor iuſſit: non eſt contemnere tutum:
Regnat: ⁊ in dominos ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti ſcribere dixit
Scribe dabit victas ferreus ille manus.
Adſit: ⁊ vt noſtras auido fouet igne medullas:
Figat ſic animos in mea vota tuos.

Purgat crimen impudicitiæ: paulatimqꝫ ad illos deſcēdit.

Non ego nequitia ſocialia fędera ruptam.
Fama (velim queras) crimine noſtra vacat.
Venit amor grauius: quo ſerius vrimur: intus
Vrimur: ⁊ cęcum pectora vulnus habent.
Scilicet vt teneros lędunt iuga prima iuuencos:
Frenaqꝫ vir patitur de grege captus equus:
Sic male: vixqꝫ ſubit primos rude pectꝰ amores.
Sarcinaqꝫ hęc animo non ſedet apta meo.
Ars fit vbi a teneris crimen condiſcitur annis:

Ab hij̄s q̄ lędunt ad ea q̄ ꝓſunt paulatim deſcēdit.
Si tn̄ alij ſꝫ lectio vetꝰ ſi.

Que venit exacto tempore: peius amat.
Tu noua ſeruatę carpes libamina famę:
Et pariter noſtrum fiet vterqꝫ nocens.
Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis:
Et tenui primam deligere vngue roſam:
Si tamen ille prior: quo me ſine crimine geſſi:
Candor: ab inſolita labe notandus erat.

Rn̄ſio ad obiectionē.

At bene ſucceſſit: digno ꝙ adurimur igne.
Peius adulterio turpis: adulter obeſt.
Si mihi concedat iuno fratremqꝫ: virumqꝫ:
Hyppolitum videor prępoſitura Ioui.

Hyppolituꝫ ſibi cōcillat ſtudio ⁊ voluntate.

Iam quoqꝫ vix credes: ignotas mittor in artes.
Eſt mihi per ſeuas impetus ire feras.
In nemus ire libet: preſſiſqꝫ in retia ceruis:
Hortari celeres per iuga ſume canes.
Iam mihi prima dea eſt arcu pręſignis adunco
Delia: iudicium ſubſequar ipſa tuum.
Aut tremulum excuſſo iaculum vibrare lacerto:

Aut in graminea ponere corpus humo.
Sępe iuuat verſare leues in puluere currus:
Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror vt bacchi furijs Eleides actę:
Quęq; ſub idoneo tympana colla mouent.
Aut quas ſemideę Dryades Fauniq; bicornes
Numine contactas attonuere ſuo:

Eleides vt legatur alijs placet.
Oſtendit nimia in amoris inſanias fieri.

Namq; mihi referunt: cum ſe furor ille remiſit
Omnia me tacitam conſcius vrit amor.
Forſitan hunc fato generis reddamus amorem:
Et venus ex tota gente tributa petit.
Jupiter Europam: prima eſt ea gentis origo:
Dilexit. tauro diſſimulante deum:
Paſiphę mater decepto ſubdita tauro.
Enixa eſt vtero crimen: onuſq; ſuo.

Purgat ſuũ ſcelus a natura quę tamulię q̃ ſemper amauit.

Perfidus ęgides ducentia fila ſecutus
Curua mea fugit tecta ſororis ope.
En ego nunc forte parum minoia credar:
In ſocias legis vltima gentis eo.
Hoc quoq; fatale eſt: placuit domus vna duabus
Me tua forma capit: capta parente ſoror.
Theſides: Theſeuſq; duas rapuere ſorores.
Ponite de noſtra bina trophęa domo.
Tempore quo nobis inita eſt cerealis eleuſis:
Gnoſſia me vellem detinuiſſet humus.

Cõmemoratio eſt tẽporis quo primum capta eſt amore.

Tunc mihi pręcipue: nec nõ tamen ante placebas:
Acer in extremis oſſibus hęſit amor.
Candida veſtis erat. pręcincti flore capilli.
Flaua verecundus tinxerat ora rubor.
Quemq; vocant alię vultum rigidumq; trucemq;:
Pro rigido: Phedra iudice: fortis erat:
Sint procul a nobis iuuenes vt fęmina compti
Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iſte rigor: poſitiq; ſine arte capilli:

Muliebris ornatus in viris oſtẽdit ſibi nõ plac.

Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla retorques.
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum valido torques haſtile lacerto:
Ora ferox in ſe verſa lacertus habet.
Siue tenes lato venabula cornea ferro:
Deniq; noſtra iuuat lumina quicquid agis.

Ruſticitatẽ extinguẽdã eſſe ſuadet & argumento colligit.

Tu modo duriciem ſyluis depone iugoſis.
Non ſum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctę ſtudia exercere Dianę?
Et Veneri numeros eripuiſſe ſuos?
Quod caret alterna requie: durabile non eſt.
Hec reparat vires: feſſaq; membra nouat.
Arcus & arma tuę tibi ſunt imitanda Dianę.
Si nunq̄ ceſſes tendere mollis erit.

Firmat factũ exẽplo.

Clarus erat Cephalus ſyluis: multęq; p̄ herbas.
Conſiderant illo percutiente ferę.
Nec tamen Aurorę male ſe prębebat amandum.
Ibat ad hunc ſapiens a ſene Diua viro.
Sępe ſub ilicibus venerem: Cineraq; creatum
Suſtinuit: poſitos qualibet herba duos.
Arſit & ęnides in męnalia athalantha.
Illa ferę ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoq; iam primum turba numeremur in iſta
Si Venerem tollas ruſtica ſylua tua eſt.

Soluit quę obeſſe potuiſſet & p̄rimũ demonſtrat' rẽ fore facilem.
Latebroſa legitur & ſalebroſa.

Ipſa comes veniam nec me latebroſa mouebunt
Saxa: nec obliquo dente timendus aper.
Aequora bina ſuis oppugnat fluctibus iſthmon:
Et tenuis tellus audit vtrumq; mare.
Hic tecum Trezena colam pittheia regna:
Iam nunc eſt patria charior illa mea.
Tempore abeſt: aberitq; diu neptunius heros
Illum pirithoi detinet ora ſui.
Prępoſuit Theſeus (niſi nos manifeſta negam⁹)

Pirithoum phędre: pirithoumq; tibi.
Sola nec hęc ad nos iniuria venit ab illo:
In magnis lęſi rebus vterq; ſumus.
Oſſa mei fratris claua perfecta trinodi
Sparſit humi. ſoror eſt pręda relicta feris.
Prima ſecurigeras inter virtute puellas:
Te peperit nati digna fauore parens.
Si quęras vbi ſit: theſeus latus enſe peregit:
Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec nupta quidem: tędaq; accepta iugali
Cur: niſi ne caperes regna paterna nothus.
Addidit & fratres ex me tibi: quos tamen omnes
Non ego tollendi cauſa: ſed ille fuit.
O vtinam nocitura tibi pulcherrime rerum.
In medio niſu viſcera rupta forent.
I nunc e meriti lectum reuerere parentis:
Quem fugit: & factis abdicat ille ſuis.
Nec quia priuigno videat coitura nouerca
Terruerint animos nomina vana tuos.
Iſta vetus pietas ęuo moritura futuro:
Ruſtica Saturno regna tenente fuit.
Saturnus perijt: perierunt & ſua iura:
Sub ioue nunc mundus: iura iouis ſequere.
Jupiter eſſe pium ſtatuit quodcunq; iuuaret.
Et fas omne facit fratre marita ſoror.
Illa coit firma generis iunctura catena:
Impoſuit nodos cui Venus ipſa ſuos.
Nec labor eſt: celare licet: pete munus ab illa:
Cognato potuit nomine culpa tegi:
Viderit amplexus aliquis: laudabimur ambo:
Dicat priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Janua: nec cuſtos decipiendus erit.

Narrat iniurias illatas hippolyto & vt iniuria maior videatur proponitur laus matris.

Docet non eſſe nephariũ ſi iuncti ſanguine coeant.

Ut tenuit domus vna duos: domus vna tenebit:
Oſcula aperta dabas: oſcula aperta dabis.

Cōmiſeratio nē mouet a depcatione.

Tutus eris mecum: laudumq; merebere culpa
Tu: licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras: tantum properataq; fędera iunge.
Qui mihi nunc ſeuit: ſic tibi parcat amor.
Non ego dedignor ſupplex humiliſq; precari.
Heu vbi nunc faſtus: altaq; verba iacent:

Amor oñdit eſſe leuis ⁊ incōſtans.

Et pugnare diu: nec me ſummittere culpę
Certa fui: certi ſi quod haberet amor.
Victa precor: genibuſq; tuis regalia tendo.
Brachia: quid deceat: non videt vllus amans.
Depuduit: profugusq; pudor ſua ſigna relinquit:
Da veniam faſſę: duraq; corda doma.
Quod mihi ſit genitor: qui poſſidet ęquora minos:

Legitur etiā quid mihi ſi genitor.
Nobilitas ab amore vicitur ⁊ ei ceſdit.
Suaſio eſt ab vtili.

Quod veniant proaui fulmina torta manu:
Quod ſit auus radijs frontem vallatus acutis:
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Nobilitas ſub amore iacet: miſerere priorum:
Et mihi ſi non vis parcere: parce meis.
Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula Cretę:
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos: potuit corrumpere taurum
Mater eius Tauro ſeuior ipſe truci?

Plurima violētia pluſ q̄ ſatis eſt.

Per Venerez parcas oro: que plurima mecū eſt
Sic nunq; que te ſpernere poſſit: ames.
Sic tibi ſecretis agilis dea ſaltibus adſit:
Siluaq; perdendas prębeat alta feras.

Adiurat hippolytuz p ea q̄ ſcit optari a venatore.

Si faueant Satyri: montanaq; numina Panes:
Et cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.
Sic tibi dent Nymphę: q̄uis odiſſe puellas
Diceris: arentem quę leuet onda ſitim.
Addim⁹ his ꝑcibus lachrymas: quoq; v̄ba ꝑcātis
Perlegis: ⁊ lachrymas finge videre meas.

¶ Queritur Oenone primum ꝙ deſerta ſit deinde repoſcentibus grecis ſuadet Helenam reddi & ſe recepi.

OENONE PARIDI.

PErlegis? an coniux ꝓhibet noua? ꝑlege nō eſt
Iſta mycenę littera ſcripta manu.
Pegaſis Oenone phrygijs celeberrima ſiluis
Leſa queror de te: ſi ſinis ipſe meo.
Qui deus oppoſuit noſtris ſua numina votis.
Nec tua permaneam? quod mihi crimen obeſt?
Leniter eſt merito quicquid patiare ferendum eſt. Sententia eſt.
Quę venit indigno: pena dolenda venit
Nondum tantus eras: cum te contenta marito.
Edita de magno flumine Nympha fui: Oſtendit q᷑ in nūero paſtorū & non ꝓcerū eſſet.
Qui nunc Priamides (adſit reuerentia vero)
Seruus eras: ſeruo nubere nympha tuli.
Sepe greges inter requieuimus arbore tecti:
Mixtaq; cum folijs prebuit herba torum.
Sepe ſuper ſtramen: fenoq; iacentibus alto:
Depreſſa eſt humili cana pruina caſa. Deꝓſſa alij defenſa legunt.
Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos?
Et tegeret catulos qua fera rupe ſuos?
Retia ſepe comes maculis diſtincta tetendi.
Sepe citos egi per iuga ſumma canes.
Inciſe ſeruant a te mea nomina phagi:
Et legor Oenone falce notata tua.
Populus eſt (memini) fluuiali conſita ripę:
Eſt in qua noſtri littera ſcripta memor.
Et quātum trunci: tantum mea nomina creſcunt
Creſcite & in titulos ſurgite rite meos: Uult arbores ſui amoris teſtimonium ferre.
Populę viue precor: quę conſita margine ripę
Hoc in rugoſo cortice carmen habes.
Quum Paris Oenone poterit ſpirare relicta:
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe retro propera: verſeq; recurrite nymphe

Suſtinet Oenonem deſeruiſſe Paris.
Illa dies fatum miſerę mihi duxit: ab illa
Peſſima mutati cępit amoris hyems:
Qua venus ⁊ Juno: ſumptiſqꝫ decentior armis
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.
Attoniti micuere ſinus: geliduſqꝫ cucurrit:
Ut mihi narraſti: dura per oſſa tremor.
Conſului (neqꝫ enim modice terrebar) anuſqꝫ:
Longeuoſqꝫ ſenex: conſtitit eſſe nephas.
Ceſa abies: ſecteqꝫ trabes: ⁊ claſſe parata
Cęrula ceratas accipit vnda rates.
Fleſti diſcedens: hoc ſaltem parce negare:
Pręterito magis eſt iſte pudendus amor.
Et fleſti: ⁊ noſtros vidiſti flentis ocellos.
Miſcuimus lachrymas męſtus vterqꝫ ſuas.
Non ſic appoſitis vincitur vitibus vlmus:
Ut tua ſunt collo brachia nexa meo.
Ah quotiens cum te vento querere teneri:
Riſerunt comites: ille ſecundus erat.
Oſcula dimiſſę quotiens repetita dediſti?
Quam vix ſuſtinuit dicere lingua vale?
Aura leuis rigido pendentia lintea malo
Suſcitat: ⁊ remis eruta canet aqua.
Proſequor infęlix oculis abeuntia vela
Quam licet: ⁊ lachrymis humet arena meis.
Utqꝫ celer venias: virides Nereidas oro:
Scilicet ⁊ venias in mea damna cęlet.
Votis ergo meis alij rediture rediſti.
Hei mihi pro dira pellice blanda fui.
Aſpicit immenſum moles natiua profundum.
Mons fuit ęquoreis illa reſiſtit aquis.
Hinc ego vela tuę cognoui prima carinę:
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dum moror: in ſumma fulſit mihi purpura prora

Originē ſuorum malorū narrat.

Amoris ſignum eſt.

Et nr̄os fortaſſis rectius ⁊ madidos legetur.

Exponit ꝓceſſus diſceſſus paridis.

Pertimui cultus non erat ille tuus.
Fit propior: terraſq; cita ratis attigit aura:
Femineas vidi corde tremente genas.
Non ſatis id fuerat: quid enim furioſa morabar?
Hęrebat gremio turpis amica tuo.
Tunc fleui: rupiq; ſinus: & pectora planxi:
Et ſecui madidas vngue rigente genas.
Impleuiq; ſacram querulis vlulatibus Idam:
Illuc has lachrymas in mea ſaxa tuli.
Sic Helene doleat: deſertaq; coniuge ploret:
Quęq; prior nobis intulit: ipſa ferat.
Nunc tecum veniant: quę te per aperta ſequantur — Cōmiſeratio a mutatione fortunæ.
Aequora legitimos deſtituantq; viros.
At cum pauper eras: armentaq; paſtor agebas:
Nulla niſi Oenone pauperis vxor erat.
Non ego miror opes: nec me tua regia tangit
Nec de tot Priami dicar vt vna nurus.
Non tamē vt priamus nymphę ſocer eſſe recuſet. — Nō improbat in quid meū cōiugiū priamus.
Aut Hecube fuerit diſſimulanda nurus.
Dignaq; ſum: & cupio fieri matrona potentis.
Sunt mihi quas poſſunt ſceptra decere manus.
Nec me phaginea q̄ tecum fronte iacebam:
Deſpice: purpureo ſum magis apta toro.
Deniq; tutus amor meus eſt: tibi nulla parantur
Bella: nec vltrices aduehat vnda rates.
Tyndaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis:
Hac venit in thalamos dote ſuperba tuos.
Quę ſi ſit Danais reddenda: vel Hectora fratrē: — Bellū propter Helenā moueri.
Vel cum deiphebo Pulydamanta roga.
Quid grauis Anthenor: priamus qd ſuadeat ipſe
Conſule: quis ętas longa magiſtra fuit.
Turpe rudimētum eſt: patrię preponere raptam.
Cauſa pudenda tua eſt: iuſta vir arma mouet:
Nec tibi: ſi cupias: fidam promitte lacenam — Aliꝗ ſi ſapias legunt.

Quę ſit amplexus tam cito verſa tuos
Cōqueritur adultero temeritati ⁊ leſi lecti. Et minor Atrides temerati fędera lecti
Clamat: ⁊ extremo lęſus amore dolet:
Tu quoqꝫ clamabis: nulla reparabilis arte
Lęſa pudicitia eſt: peperit illa ſemel.
Ardet amore tui: ſic ⁊ Menelaon amauit:
Nunc iacet in viduo credulus ille toro.
Excidiū troianū Caſſandra p̄dixit. Felix Andromache certo bene nupta marito.
Uxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu leuior folijs tunc: cum ſine pondere ſucci
Mobilibus ventis arida facta volant.
Et minus eſt in te ꝙ̄ in ſumma pondus ariſta:
Quo leuis aſſiduis ſolibus vſta riget.
Hęc tua nam recolo: quondam germana canebat
Sic mihi diffuſis vaticinata comis.
Quid facis Oenone? qd harenę ſemina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.
Demergite in alijs codicibus legitur dij mergite. Graia iuuenca venit: quę te: patriamqꝫ: domumqꝫ
Perdat: Jo prohibe: graia iuuenca venit.
Dum licet: obſcęnam ponto demergere pupim
Heu quantum phrygij ſanguinis illa vehit.
Dixerat in curſu famulę rapuere furentem:
At mihi flauentes diriguere comę.
Ad nimium miſerę vates mihi vera fuiſti:
Poſſidet en ſaltus illa iuuenca meos.
Sit facie quamuis inſignis: adultera certa eſt:
Duo ſunt q̄ pudicitie maxime obſtāt amor ⁊ iuuētus. Deſeruit ſocios hoſpite capta deos.
Illam de patria Theſeus niſi nomina fallor:
Neſcio quis Theſeus abſtulit arte ſua.
A iuuene ⁊ cupido credatur reddita virgo:
Unde hęc comperiem tam bene quęris? amo.
Uim licet appelles: ⁊ culpam nomine veles:
Quę toties rapta eſt: prębuit ipſa rapi.
At manet Oenone fallenti caſta marito.

Et poteras falli regibus ipſa tuis.
Me Satyri celeres (ſyluis ego tecta latebam)
Quęſierant: rapido turba proterua pede.
Cornigerumqꝫ caput pinu pręcinctus acuta
Faunus in immenſis: qua tumet Ida: iugis.
Me fide conſpicuus Troię munitor amauit:
Ille meę ſpolium virginitatis habet.
Id quoqꝫ luctando: rupi tamen vngue capillos.
Oraqꝫ ſunt digitis aſpera facta meis.
Nec precium ſtupri gemmas aurumqꝫ popoſci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipſe ratus dignam: medicas mihi tradidit artes:
Admiſitqꝫ meas ad ſua dona manus.
Quęcūqꝫ herba potens ad opē radixqꝫ medendi
Utilis in toto naſcitur orbe: mea eſt.
Me miſeram: qꝫ amor nō eſt medicabilis herbis.
Deficior prudens artis ab arte mea.
Ipſe repertor opis vaccas pauiſſe Phereas
Fertur: ⁊ a noſtro ſaucius igne fuit.
Quod neqꝫ graminibus tellus fęcunda creare
Nec deus: auxilium tu mihi ferre potes.
Et potes ⁊ merui: digne miſerere Puellę.
Non ego cum danais arma cruenta fero:
Sed tua ſum: tecumqꝫ fui puerilibus annis:
Et tua: cum ſupereſt temporis: eſſe precor.

Cōmēdat ſe ab artificio ⁊ dei iudicio.

Sentētia eſt non dicere liberā mulierez pro q̄ſtu corpus ſuuz proſtituere.

HYPSIPHYLA IASONI.

¶ Queritur ſe eſſe ab Jaſone deſtitutam perfidiamqꝫ eius notat demuꝫ in Jaſona ⁊ Medeam ſeuiſſime imprecatur.

Littora Theſſalię reduci tetigiſſe carina
Diceris: auratę vellera diues ouis.
Gratulor incolumi quantum ſinis: hoc tamen ipſo
Debueram ſcripto certior eſſe tuo:
Nam: ne pacta quidem pręter mea regna redires
Cum cuperes. ventos non habuiſſe potes.

Quælibet legatur & qualibet & quolibet & qualibet.

Quęlibet aduerſo ſignetur epiſtola vento:
Hypſiphyle miſſa digna ſalute ſui.
Cur mihi fama prior: q̃ʒ nuncia littera venit:
Iſſe ſaccos martis ſub iuga panda boues?
Seminibus iactis ſegetes adoleſſe virorum:
Inq̃ʒ necem dextra non eguiſſe tua?
Peruigilem ſpolium pecudis ſeruarę draconem:
Rapta tamen forti: vellere fulua manũ.
Hęc ego ſi poſſem timide credentibus iſta
Ipſe mihi ſcripſit dicere quanta forem.

Cõqueritũ q̃ prius ex ſermone aliorũ q̃ʒ ex ſcriptis eius victoriã ĩ colchis habitam intellexerit.

Quid querar officium lenti ceſſaſſe mariti?
Obſequium: maneo ſi tua: grande tuli.
Barbara narratur veniſſe venifica tęcum:
In mihi promiſſi parte futura tori.
Credula res amor eſt: vtinam temeraria dicar
Criminibus falſis inſimulaſſe virum.

Medeã circũſcribit que ſuo obſtare coniugio ferebatur.

Nuper ab Hemonijs hoſpes mihi theſſalus oris.
Venerat: & tectum vix bene limen erat.
Eſonides dixi quid agit meus? ille pudore
Hęſit in oppoſita lumina fixus humo.
Protinus exilui: tunicisq̃ʒ a pectore ruptis:
Viuit: an exclamo: me quoq̃ʒ fata trahunt?
Viuit ait timidumq̃ʒ mihi iurare coegi.
Vix mihi teſtę deo credita vita tua eſt.

Arguit a teſtimonio ne omnino temeraria videatur.

Timidũq̃ʒ mihi plaudes agnoſcit timidũq̃ʒ q̃ ait.

Vtq̃ʒ animus redijt tua facta requirere cepi
Narrat & eripides martis araſſe boues.
Vipereos dentes in humum pro ſemine iactos:
Et ſubito natos arma tuliſſe viros.
Terrigenas populos ciuili marte peremptos
Impleſſe ętatis fata diuine ſuę.
Deuictus ſerpens: iterum ſi viuat Iaſon.
Querimus alternant ſpeſq̃ʒ timorq̃ʒ fidem.
Singula dum narrat: curſu ſtudioq̃ʒ loquendi
Detegit ingenio vulnera facta tuo.

Heu vbi pacta fides? vbi connubialia iura?
Faxq; ſub arſuros dignior ire rogos.
Non ego ſum furtim tibi cognita. pronuba Juno
Adfuit: & ſertis tempora victus Hymena

Accuſat Iaſon periurū & non ſeruatæ fidei.

At mihi nec Juno: nec Hymē: ſed triſtis erinnys
Prętulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Quid mihi cum Minys? quid cū Tritonide pinu?
Quid tibi cum patria nauita typhy mea?
Non erat hic aries villis ſpectabilis aureo.
Non ſenis ęte regia lemnos erat.
Certa fui primo: ſed me mea fata trahebant.
Hoſpita fęminea pellere caſtra manu.
Lemniadeſq; viros nimium quoq; vincere norūt

Imputat q non in ſententia pſiſtetit.

Milite tam forti vita tuenda fuit.
Urbe virum vidi: tectoq; animoq; recepi.
Hic tibi biſq; ęſtas: biſq; currit hyems.
Tertia meſſis erat: quum tu dare vela coactus
Impleſti lachrymis talia verba tuis.
Abſtrahor hypſiphyle: ſed dāt modo fata recurſū
Uir tuus hinc abeo: vir tibi ſemper ero.
Quod tamen e nobis grauida cęlatur in aluo
Uiuat & eiuſdem ſimus vterq; parens.

Q d contra voluntatē ſuā obducat̄ cō queritur.

Hactenus & lachrymis in falſa cadentibus ora:
Cętera te memini non potuiſſe loqui.
Ultimus e ſocijs ſacram conſcendis in argo:
Illa volat: ventus concaua vela tenet.
Cęrula propulſę ſubducitur vnda carinę.
Terra tibi: nobis aſpiciuntur aquę.
In latus omne patens turris circunſpicit vndas.
Huc feror: & lachrymis oſq;: ſinuſq; madent.
Per lachrymas ſpecto. cupideq; fauentia menti
Longius aſſueto lumina noſtra vident.
Adde preces caſtas: immixtaq; vota timori:
Nunc quoq; te ſalue perſoluenda mihi.

Quaſi dicat vota deis nō eſſe dāda ppter dāna.

Vota ego perſoluam: votis medea fruetur.
Cur dolet: atq3 ira mixtus abundat amor.
Dona feram templis: viuū3 quod Iaſona perdā
Hoſtia pro damnis concidet icta meis.

Medeā ve‑neficiorū ma‑gice inſimu‑lat.

Non equidem ſecura fui: ſemperq3 verebar
Ne pater agricola ſumeret vrbe nurum
Argolicas timui: nocuit mihi barbara pellex.
Non expectato vulnus ab hoſte tuli.
Nec facie meritiſq3 placet. ſed carmine mouit.
Diraq3 cantata pabula falce metit:

Curſu dedu‑cere aliīs pla‑cet curru.

Illa reluctantem curſu deducere lunam
Nititur: 7 tenebris addere ſolis equos.
Illa refrenat aquas: obliqua q3 flumina ſiſtit:
Illa loco ſyluas: viue ſaxa mouet.

Verecūdiā3 ſimplicitatē q3 cōmēdat q9 amor ma‑gis ex morū equabilitate q̄3 ex incāta‑tione eſt cō‑parandus.

Per tumulos errat: paſſis diſtincta capillis:
Certaq3 de tepidis colligit oſſa rogis.
Deuouet abſentes: ſimulachraq3 cerea fingi
Et miſerum tenues in iecur vrget acus.
Et quę neſcierim melius: mage quęritur herbis
Morbus 7 forma conciliandus amor.
Hanc potes amplecti: thalamoq3 relictus in vno
Impauidus ſomno nocte ſilente frui?

Adducit me‑deā in inui‑diā3 q9 ea q̄ Theſeus fe‑cit. oīa ſibi attribuit.

Scilicet vt tauros: ita te iuga ferre coegit:
Quaq3 feros angues: te quoq3 mulcet ope.
Adde ꝙ aſcribi factis procerumq3 tuiſq3
Se facit 7 titulo coniugis vxor obeſt.

Phaſis re‑et elegūt alij phaſias Ae‑tæ ex Pla‑nude.
Dicit famā3 hāc non pla‑cere his qui Iaſona dili‑gunt.

Atq3 aliquis Pelię de paribus acta venenis.
Imputat 7 populum: qui ſibi credat habet.
Non hęc eſonides: ſed filia phaſis Aeetę:
Aurea phrixeę terga reſulſit ouis.
Non probat Alcimene mater tua: conſule matrē
Non pater: a gelido cui venit axe nurus.
Illa ſibi a Thanai: ſcythiceq3 paludibus vnde
Querat: 7 a patria Phaſidis vſq3 virum.

Mobilis eſonidę vernaqȝ incertior aura:
Cur tua polliciti pondere verba carent?
Uir meus hinc ieras: cur non meus inde rediſti?
Sim reducis coniux: ſicut euntis eram.
Si te nobilitas: generoſaqȝ nomina tangunt:
En ego minoo nota Thoante feror.
Bacchus auus Bacchi coniux redimita corona.
Pręradiat ſtellis ſigna minora ſuis.
Dos mihi lemnos erit terra ingenioſa colenti.
Me quoqȝ iam tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi: gratare ambobus Jaſon:
Dulce mihi grauidę fecerat autor onus.
Felix in numero quoqȝ ſum: prolemqȝ gemellam:
Pignora Lucina bina fauente dedi.
Si queras cui ſint ſimiles: cognoſceris illis:
Fallere non norunt cętera patris habent.
Legatos quos pene dedi pro matre ferendos:
Sed tenuit cęptas ſęua nouerca vias.
Medeam timui: plus eſt Medea nouerca
Medeę faciunt ad ſcelus omne manus.
Spargere quę fratris potuit lacerata per agros
Corpora: pignoribus parceret illa meis.
Hanc tamen o demens colchiſqȝ ablate venenis:
Diceris Hypſiphyles prępoſuiſſe toro.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:
Me tibi: teqȝ mihi tęda pudica dedit.
Prodidit illa patrem: rapui de cęde Thoanta.
Deſeruit Colchos: me mea Lemnos habet.
Quid referam: ſcelerata piam ſe vincit: ⁊ ipſo
Crimine dotata eſt: emeruitqȝ virum?
Lemniadum facinus culpo: non miror Jaſon.
Quelibet iratis ipſe dat arma dolor.
Dic age: ſi ventis vt oportuit actus iniquis:
Intraſſes portus tuqȝ comeſqȝ meos.

Laudat ſe ab his qui pn̄t amorez conciliare. Alij codices hn̄t Meqȝ res: alij Me quoqȝ qd̓ tales.

Cōmēdatio a fecūditate

Quia plꝰ hȝ ex noie ſceuitiæ Medea q̄ nouerce.

Adducēt in contēptū eiꝰ impudicitiā commemorans. Quid referā meliꝰ fortaſſis. Quid refert ſnīa eſt ꝗ rimanti telū ſra facit.

Obuia exiſſem fetu comitata gemello:
Hiſcere nempe tibi terra roganda foret.
Quo vultu natos: quo me ſcelerate videres?
Perfide quo precio: qua nece dignus eras?
Ipſe quidem per me tutus ſoſpeſqꝫ fuiſſes.
Non quia tu dignus: ſed quia mitis ego.
Pellicis ipſa meos impleſſem ſanguine vultus:
Quoſqꝫ veneficus abſtulit illa ſuis.
Medee medea forem: q̄ ſi quis ab alto
Iuſtus adeſt precibus Iupiter ipſe meis.
Quod gemit Hypſiphyle: lecti quoqꝫ ſuccuba nr̄i.
Mereat: ⁊ leges ſentiat ipſe ſuas.
Utqꝫ ego deſtituor coniux materqꝫ duorum:
A totidem natis orba ſit illa viro.
Nec male parta diu teneat: peiuſqꝫ relinquat:
Exulet ⁊ toto querat in orbe fugam.
Quam fratri germana fuit: miſeroqꝫ parenti
Filia: tam natis: tam ſit acerba viro.
Cum mare: cum terra conſumpſerit: aera tentet:
Erret inops: expers: cede cruenta ſua:
Hec ego coniugio fraudata Thoantias oro:
Uiuite deuoto nuptaqꝫ: virqꝫ toro.

Succubare cus lectio hꝫ ſubnuba.

prouerbiũ ꝫ male parta male dilabũtur imprecat q̄ medea ſit ei ⁊ filijs ei⁹ crudelis.

DIDO AENEAE. dido aneae

¶ Mittitur Dido reuocare Aeneam a propoſito nauigandi arguens q̄ non deceat eam deſerere a qua hoſpicio ſit exceptus ⁊ omnibus rebus adiutus ⁊ cui fidem dederit ⁊ quaſi mare ſit procelloſum a quo tutuꝫ ſit abſtinere ⁊ habere terram paratam quam relinquere propter incertam imprudentie ſit.

Sic vbi fata vocant: vdis abiectis in herbis
Ad vada Meandri concinit albus olor
Nec quia te noſtra ſperem prece poſſe moueri
Alloquor: aduerſo mouimus iſta deo.
Sed meriti famam corpuſqꝫ animumqꝫ pudicum
Cum male perdiderim: perdere verba leue eſt.

Certus es ire tamen: miſeráqꝫ relinquere Dido:
Atqꝫ idem venti vela: fidemqꝫ ferent.
Certus es Aenea cum fędere ſoluere naues:
Queqꝫ vbi ſunt neſcis: Itala regna ſequi.
Nec noua Carthago: nec te creſcentia tangunt.
Menia: nec ſceptro tradita ſumma tuo.
Facta ſugis: facienda petis: quęrenda per orbem
Altera: queſita eſt altera terra tibi.
Vt terrā inuenias quis: eam tibi tradet habendā?
Quis ſua non notis arua tenenda dabit?
Alter habendus amor tibi reſtat ⁊ altera Dido:
Quamqꝫ iterum fallas: altera danda fides.
Quando erit vt condas inſtar Carthaginis vrbez
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia ſi veniant nec te tua vota morentur:
Vnde tibi quę te ſic amet vxor erit?
Vror vt inducto cęratę ſulphure thedę:
Aeneamqꝫ animo noſqꝫ dieſqꝫ refert.
Ille quidē male gratus ⁊ ad mea munera ſurdus
Et quo ſi non ſim ſtulta: carere velim.
Non tamen Aeneam: quãuis male cogitet: odi:
Sed queror infidum. queſtaqꝫ peius amo:
Parce venus nurui. durūqꝫ amplectere fratrez:
Frater amor caſtris milite ille tuis.
Aut ego quę cępi (neqꝫ enim dedignor) amare:
Materiam curę prebeat ille meę.
Fallor: ⁊ ipſa mihi falſo iactatur imago:
Matris ab ingenio diſſidet ille ſuę:
Te lapis ⁊ montes innataqꝫ rupibus altis
Robora: te ſęuę progenuere ferę.
Aut mare: quale vides agitari tunc quoqꝫ ventis.
Quo tamen aduerſis fluctibus ire paras.
Quo fugis? obſtat hyems. hyemis mihi gr̃a proſit
Aſpice vt euerſas concitet eurus aquas.

Quibuſdaʒ vtit̃ ſimitudinibus vt ſui amoris vim demereat erga Aeneā inſectatur vitiā nō Aeneaʒ.

Quæ cæpi melius quaʒ cœpi.
Nō te dīua parens nec troiæ dardanus author perfide ſ; dunis genuit te cautib' horrens caucaſus.

Quod tibi malueram ſine me debere procellis:
Iuſtior eſt animo ventus ⁊ vnda tuo.
Non ego ſum tanti quod non mediteris inique
Vt pereas dum me per freta longa fugis.

Aeneã dicit ſe obijcere morti ꝑpter eam nõ debere.

Exerces precioſa odio conſtantia magno:
Si dum me fugias: eſt tibi vite mori:
Iam venti ponent: strataqꝫ equaliter vnda:
Ceruleus Triton per mare curret aquis.
Tu quoqꝫ cum ventis vtinam mutabilis eſſes:
Et niſi duritia robora vincis: eris.
Quid ſi neſcires inſana quid equora poſſent?

Nauigationem diſſuadet.

Experte toties tam male credis aque?
Et pelago ſuadente etiam retinacula ſoluas:
Multa tamen latus triſtia pondus habet.
Nec violaſſe fidem tentantibus equora prodeſt:
Perfidie penas exigit ille locus.
Precipue quum leſus amor: quia mater amorum
Nuda cytheriacis edita fertur aquis:

Latenter qd facere debeat monet.
Locus a cõtingẽtibus.

Perdita ne perdam timeo: noceamue nocenti:
Neu bibat equoreas naufragus hoſtis aquas.
Viue: precor: ſic te melius: quam funere perdam.
Tu potius leti cauſa ferare mei.
Finge age te rapido (nullũ ſit in omine pondus)
Turbine deprehendi. quid tibi mentis erit?
Protinus occurrent falſe periuria lingue:
Et tyria Dido fraude coacta mori.

Hoc dicit vt a nauigãdo eum abſterreat.
Tẽpus inane peto ſpaciũ requiẽqꝫ furori emulatio eſt vigilantia.

Coniugis ante oculos decepte ſtabit imago.
Triſtis ⁊ effuſis ſanguinolenta comis.
Quicquid ideſt totum merui concedite: dices.
Queqꝫ cadent in te fulmina miſſa putes.
Da breue ſeuitie ſpacium pelagiqꝫ tueqꝫ:
Grande more precium tuta futura via eſt.
Nec mihi tu parcas: puero parcatur Iulo.
Te ſatis eſt titulum mortis habere mee.

Quid puer Aſcanius? quid dij meruere penates?
  Ignibus ereptos obruet vnda deos?
Sed neqꝫ fers tecum: nec quę mihi perfide iacta
  Preſſerunt humeros ſacra: paterqꝫ tuos.
Omnia mentiris: neqꝫ enim tua fallere lingua
  Incipit a nobis: primaqꝫ plector ego.
Si quęras vbi ſit formoſi mater Iuli:
  Occidit: a duro ſola relicta viro.
Hęc mihi narrabas. at mę mouere merentem:
  Illa minor culpa pęna futura mea eſt.
Nec mihi mens dubia eſt: qn te tua numina dānēt:
  Per mare per terras ſeptima iactat hyems.
Fluctibus eiectum tuta ſtatione recepi:
  Vixqꝫ bene audito nomine regna dedi.
His tamen officijs vtinam contenta fuiſſem:
  Et mihi concubitus fama ſepulta foret.
Illa dies nocuit qua nos decliue ſub antrum
  Cęruleus ſubitis compulit imber aquis.
Audieram voces: Nymphas vlulaſſe putaui:
  Eumenides fatis ſigna dedere meis.
Exige lęſe pudor pęnas violate ſicheu:
  Ad quem (me miſeram) plena pudoris eo.
Eſt mihi marmorea ſacratus in ęde Sicheus:
  Oppoſitę frondes vellera ⁊ alba tegunt.
Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari:
  Ipſa ſono tenui dixit Eliſa veni?
Nulla mora eſt: venio quōdam tibi dedita coniux?
  Sum tamen admiſſi tarda pudore mei.
Da veniam culpę decepit idoneus author:
  Inuidiam nore detrahit illa meę.
Diua parens: ſeniorqꝫ pater pia ſarcina nati
  Spem mihi manſuri rite dedere viri.
Si fuit errandum: cauſas habet error honeſtas:

Nō incipis a nobis ſuetus es ⁊ alios fallere.

Excuſanda eſt ſi credidit

Dabis ſprobe pœnas.

Eiectū littore gentē excepi ⁊ regni demens in parte locaui.

Cōmemorat tēpus quo ſe cū Aenea miſcuit emulatio tota ē virgiliana.

Nō ſeruata fide cineri ſicheo.

Præterea fuit in tectis de marmore tumplum coniugis antiqui.

Enumerat ea quæ fidē fecerunt.

Adde fidem nulla parte pigendus erit.
Durat in extremum: viteqꝫ nouiſſima noſtrę.
Proſequitur fati qui fuit ante tenor.

In terras verior lectio in ternas. Narratio re liqua ꝫ infœlicitatem.

Occidit in terras coniux mactatus ad aras.
Et ſceleris tanti pręmia frater habet.
Exul agor: cineresqꝫ viri patriamqꝫ relinquo:
Et feror in duras hoſte ſequente vias.
Applicor ignotis: fratriqꝫ: elapſa fretoqꝫ:
Quod tibi donaui perfide littus emo.

Urbē pclarā ſtatui mea mœnia vidi. Quos ego ſuꝫ toties iā dedignata maritos.

Urbem conſtitui: lateqꝫ patentia fixi
Męnia finitimis inuidioſa locis.
Bella tument: bellis peregrina ⁊ fęmina tentor:
Uixqꝫ rudes portas vrbis ⁊ arma paro:
Mille procis placui: qui me coiere querentes.
Neſcio quem thalamis prępoſuiſſe ſuis.
Quid dubitas victam getulo tradere Iarbę?
Pręblueram ſceleri brachia noſtra tuo.

Quid moror an mea pigmaliō dū mœnia frater deſtruat. Noli tecum ferr̄ deos penates quoniaꝫ impios ſacra tractare nō decet.

Eſt etiam frater: cuius manus impia poſcit
Reſpergi noſtro ſparſa cruore viri.
Pone deos: ⁊ quę tangendo ſacra prophanas
Non bene celeſtes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapſis igne futurus:
Penitet elapſos ignibus eſſe deos.
Forſitan ⁊ grauidam Dido ſcelerate relinquis:
Parſqꝫ tui latitat corpore clauſa meo.
Accedet fatis matris miſerabilis infans:
Et nondum nati funeris author eris.

Meruiſſes vide ne veruiſſet legendū ſit.

Cumqꝫ parente ſua frater morietur Iuli:
Pęnaqꝫ connexos auferet vna duos.
Sed iubet ire deus: vellem metuiſſes adire:
Punita ne teucris preſſa fuiſſet humus.

Nunc ēt interpres diuū Ioue miſſus ab ipſo.

Hoc duce nempe deo ventis agitatis iniquis:
Et terris in rapido tempora longa freto.

Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore.
Hectore ſi viuo quanta fuere: forent.
Non patriũ ſimoenta petis: ſed thybridis vndas:
Nempe vt peruenias quo cupis hoſpes eris.
Atqꝫ latet refugitqꝫ tuas obſtruſa carinas:
Vix tibi: continget terra petita ſeni.
Hos populos potius in dotem ambage remiſſa.
Accipe: ⁊ aduectas Pigmalionis opes.
Illion in tyriam transfer felicius vrbem:
In que loco regis ſceptraqꝫ ſacra tene.
Si tibi mens auida eſt belli: ſi querit Iulus:
Unde ſuo partus marte triumphus eat:
Quem ſuperet: ne quid deſit: prebebimus hoſtẽ.
Hic pacis leges: hic locus arma capit.
Te modo per patrem: fraternaqꝫ tela ſagittas:
Perqꝫ fuge comites dardana ſacra deos:
(Sic ſuperent quecunqꝫ tua de gente reportas:
Mars ferus: ⁊ damni ſit modus ille tui:
Aſcaniuſqꝫ ſuos feliciter implet annos:
Et ſenis Anchiſe molliter oſſa cubent)
Parce precor domui: que ſe tibi tradit habendã
Quod crimen dicis preter amare mecum
Non ego ſum phthia magis oriunda mycenis:
Nec ſteterant in te virqꝫ paterqꝫ meus.
Si pudet vxoris: non nupta ſed hoſpita dicar:
Dum tua ſit Dido quodlibet eſſe feret.
Nota mihi freta ſunt afrum tãgentia littus.
Temporibus certis dantqꝫ negantqꝫ viam.
Cum dabit aura viam. prebebis carbaſa ventis
Sed leuis eiectam continet alga ratem.
Tempus vt obſeruem manda mihi: ſerius ibis:
Nec te ſi cupias ipſa manere ſinam.
Et ſocij requiem poſcunt: laniataqꝫ claſſis

Remiſſa q. daꝫ remota legunt.

Satiſfacit obiectionib⁹ quas poſſet facerẽ æneas

Per multas adiurationes cũ rogat Dido vt ſui miſereẽ.

Non hoſtẽ fuiſſe nomis Troiani nec ex hoſtib⁹ natam.

Tangentia alijs placet frangentia.

Hortatur vt differat diſceſſum tũ vt recreenẽ ſocij ⁊ naues reficiantur.

Serius. Alij certi⁹ maluñ.

Poſtulat exiguas ſemi reſecta moras:

Deprecatio ſumpta ex beneficijs.

Pro meritis: ⁊ ſi qua tibi debebimus vltra:
Pro ſpe coniugij tempora parua peto.
Dum freta miteſcunt ⁊ amor dum temperat vſum
Fortiter ediſcam triſtia poſſe pati.
Si minus: eſt animus nobis effundere vitam:

Demõſtrat qd futurū de ſe ſit non impetrarit qd rogat.

In me crudelis non potes eſſe diu.
Aſpicias vtinam quę ſit ſcribentis imago.
Scribimus ⁊ gremio troicus enſis adeſt.
Perqꝫ genas lachrymę ſtrictū labuntur in enſem
Qui iam pro lachrymis ſanguine tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera noſtro
Inſtruis impenſa noſtra ſepulchra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:
Ille locus ſeui vulnus amoris habet.
Anna ſoror: ſoror Anna meę mala conſcia culpę.
Iam dabis in cineres vltima dona meos.
Nec conſumpta rogis inſcribar Eliſa Sichei:

Cõmiſeratione conuertit ſermonē ad ſororem.

Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:
Prębuit Aeneas ⁊ cauſam mortis ⁊ enſem.
Ipſa ſua Dido concidit vſa manu.

HERMIONE ORESTI.

¶ Hermione hac in epiſtola rogat Oreſtem vt eam eripiat a Pyrrho ⁊ non patiatur eam eſſe in vinculis ⁊ ita crudeliter tractari: adducitqꝫ rationes multas quare id facere debeat.

Alloquor Hermione nuper fratréqꝫ virūqꝫ:
Nunc fratrem: nomen cõiugis alter habet.
Pyrrhus achilleides animoſus imagine patris
Incluſam contra iuſqꝫ piumqꝫ tenet.
Quod potui renui: ne non inuita tenerer
Cętera fęminę non valuere manus.

Trahit pyrrum in odiū exponit q̄ in eā crudeliter fecerit.

Quid facis ęacide non ſum ſine vindice dixi:
Hęc tibi ſub domino Pyrrhe puella ſuo.
Surdior ille freto clamantem nomen Oreſtis.

Traxit inoꝛnatis in ſua tecta comis.
Quid grauius capta lacedęmone ſerua tuliſſem?
Si raperet graias barbara turba nurus?
Parcius Andromachen vexauit Achaia victrix:
Cum danaus phꝛygias vreret ignis opes:
At tu cura mei ſi te pia tangit: Oreſte
Iniijce non timidas in tua iura manus.
An ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis:
Arma feras: rapta coniuge lentus eris?
Sit pater exemplo nuptę repetitoꝛ ademptę:
Cui pia militię cauſa puella fuit.
Si ſocer ignauus vacua ſediſſet in aula:
Nupta foꝛet Paridi mater vt ante fuit.
Non tu mille rates: ſinuoſaqꝫ vela parabis:
Nec numerum Danai militis ipſe veni.
Sic quoqꝫ erā repetēda tamē. nec turpe marito eſt
Aſpera pꝛo caro bella tuliſſe thoꝛo.
Quid quod auus nobis idem pelopeius Atreus?
Et ſi non eſſes vir mihi: frater eras.
Vir precoꝛ vxoꝛi. frater ſuccurre ſoꝛoꝛi.
Inſtant officio nomina bina tuo.
Me tibi Tyndareus vita grauis authoꝛ ⁊ annis
Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
Quum tibi nubebam nulli mea tęda nocebat:
Si iungat Pyrrho: tu mihi lęſus eris:
Et pater ignoſcet noſtro Menelaus amoꝛi:
Succubuit telis pꝛępetis ipſe dei.
Quem ſibi pꝛęmiſit genero concedet amoꝛem
Pꝛoderit exemplo mater amata ſuo.
Tu mihi quod matri pater es: quas geſſerat olim:
Dardanius partes aduena Pyrrhus agit.
Ille licet patriis ſine fine ſuperbiat actis:
Et tu quę referas facta parentis habes.

Ad id quod fieri dȝ ⁊ cepit paulatim deſcendit.

Arguit exemplo ꝓprio ꝙ non erat dānabile ſi vxoris cā bellum mouiſſet.

Contētio per cōparatione oſtendit pyrrhū genere ⁊ rei militari ſcientia ab oreſte vinci.

Tantalides omnes ipſumqꝫ regebat Achillem:
Hic pars militię dux erat ille ducum

Laudat oreſtem a fortitudine.

Tu quoqꝫ habes pauũ pelopē pelopiſqꝫ parentē
Si melius numeres a Ioue quintus eris.

Patrē. Al' duo' Pater legit.

Nec virtute cares: arma inuidioſa tuliſti:
Sed tu quid faceres? induit illa patrem:
Materia vellem forte meliore fuiſſes:
Non lecta eſt operi ſed data cauſa tuo.
Hanc tamen impleſti. iuguloqꝫ Aegiſtus aperto:
Tecta cruentauit: quę pater ante tuus.
Increpat Aeacides: laudemqꝫ in crimina vertit:
Et tamen aſpectus ſuſtinet ille meos.
Rumpor: ⁊ ora mihi pariter cũ mente tumeſcunt
Pectoraqꝫ incluſis ignibus vſta dolent.

Poſſum ſolum flere ⁊ non aliter vlciſci.

Nec mihi ſunt vires: nec ſerus enſis adeſt.
Flere licet: certe flendo diffundimus iram:
Hermione coram quiſquam ne obiecit Oreſti?
Perqꝫ ſinus lachrymę fluminis inſtar eunt
Has ſemper ſolas habeo ſemperqꝫ profundo:
Hument incultę fonte perenne genę.
Hoc generis fatum: quod noſtros errat in annos:
Tantalides matres apta rapina ſumus.
Non ego fluminei referam mendacia Cygni.
Nec querat in plumis dilituiſſe Iouem.

Firmat ppoſitum exeplo maiorum.

Qua duo porrectus longe freta diſtinet iſthmos
Vecta peregrinis Hippodamia rotis.
Caſtori amyclęo: ⁊ Amycleo polluci
Reddita mopſopia Tyndaris vrbe ſoror
Tyndaris idęo trans ęquora ab hoſpite rapta
Argolicas pro ſe vertit in arma manus:

Sollicitudines domus i raptu helene e[illegible].

Vix equidem memini (meminit tamē) oīa luctus
Omnia ſollicitis plena timoris erant.
Flebat auus: flebatqꝫ ſoror: fratreſqꝫ gemelli.

Orabat ſuperos Leda ſuumqꝫ Iouem.
Ipſa ego non longos etiam tunc ſciſſa capillos
Clamabam: ſine me: me ſine mater abis?
Nam coniux aberat ne non Pelopeia credar:
Ecce Neoptolemo preda parata fui.
Pelides vtinam vitaſſet Appollinis arcus:
Damnaret nati facta proterua pater.
Nec quondam placuit: nec tunc placuiſſet Achilli
Abducta viduum coniuge flere virum.
Que mea celeſtis iniuria fecit iniquos?
Quod ve mihi miſere ſidus obeſſe querar?
Parua mea ſine matre fui: pater arma gerebat:
Et duo cum viuant orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis mea mater in annis.
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis:
Non ſedi gremio ſarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei: nec pacta marito
Intraui thalamos matre parante nouos.
Obuia prodieram reduci tibi (vera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.
Te tamen eſſe Helenã: q eras pulcherrima: ſenſi:
Ipſa requirebas que tua nata foret.
Pars hec vna mihi coniux bene ceſſit Oreſtes
Is quoqꝫ ni pro ſe pugnat ademptus erit.
Pyrrhus habet captam reduce ⁊ victore parẽte
Munus ⁊ hoc nobis diruta Troia dedit.
Cum pater altus equis Titam radiantibus inſtat
Perſruor infelix liberiore malo.
Nox vbi me thalamis vlulantẽ ⁊ acerba gementẽ
Condidit. in meſto procubuiqꝫ thoro.
Pro ſomno lachrymis oculi ſunguntur obortis:
Quaqꝫ licet ſugio ſicut ab hoſte viro.

Commemorat ſua infortunia.

Cõmemorãtis multis infortuniis hoc ſolo dicit ſe fuiſſe foelicẽ q nupſit oreſti.

Munus ⁊ hoc alii ⁊ minus a nobis alii ab non hoc.

Sepe malis ſtupeo: rerumqꝫ oblita: lociqꝫ. — Dicit ſe tantū cordi haberē oreſtē ꝙ cuꝫ velit noīare pyrrhū ſæpe pro pyrrho noīet oreſtē.
Ignara tetigi Scyria membra manu.
Atqꝫ nephas ſenſi male corpora tacta relinquo:
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sepe Neoptolemi pro nomine nomen Oreſtis
Exit: ⁊ errorem vocis vt omen amo.
Per genus infelix iuro generiſqꝫ parentem:
Qui freta qui terras ⁊ ſua regna quatit:
Per patris oſſa tui: patrui mihi: que tibi debent:
Que ſe ſub tumulo fortiter vlta tacent:
Aut ego premoriar: primoqꝫ extinguar in euo:
Aut ego tantalide Tantalis vxor ero.

DEIANIRA HERCVLI.

¶ Deianira calamitate Herculis ſtupefacta: cum cauſam tanti mali a ſe
profectam ſciret: anteꝙ̄ laqueo vitam finiret: ſcripſit ad Herculem cōquę
rens ꝙ turpi amori Ioles ſuccubuerit: ⁊ a legitimo alienatus ſit fingitqꝫ
ſe nūcium accepiſſe de calamitate Herculis quem grauiſſimo dolore tor
queri audierat propter tunicaꝫ a ſe miſſam: itaqꝫ poſtꝙ̄ excuſauit ſe pro
pter amorem feciſſe affirmat ſe eſſe morituram.

Gratulor Oechaliā titulis accedere noſtris.
Victorem victe ſuccubuiſſe queror.
Famā pelaſgiadas ſubito peruenit in vrbes
Decolor ⁊ factis inficienda tuis.
Quem nunꝙ̄ Iuno ſerieſqꝫ immenſa laborum
Fregerit huic Iolem impoſuiſſe iugum:
Hoc velit Euriſtheus: velit hoc germana tonātis
Leteqꝫ ſit vite labe nouerca tue.
At non ille velit: cui nox ſic creditur vna
Non tanti: vt tantus conciperere: fuit.
Plus tibi ꝙ̄ Iuno nocuit venus illa premendo
Suſtulit: hec humili ſub pede colla tenet.
Reſpice vindicibus pacatam viribus orbem: — Quod totū vrbē ſublatis monſtris placaris.
Qua latam Nereus cerulus ambit humum:
Se tibi pars terre: tibi ſe tota equora debent: — Pars terre aliis par legi placet.
Impleſti meritis ſolis vtramqꝫ domum.

Sępe malis ſtupeo: rerumqꝫ oblita: lociqꝫ.

Dicit ſe tãtũ cordi haberẽ oreſtẽ ꝙ cũ velit noiare pyrrhũ ſepe pro pyrrho noiet oreſtẽ.

Ignara tetigi Scyria membra manu.
Atqꝫ nephas ſenſi male corpora tacta relinquo:
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sępe Neoptolemi pro nomine nomen Oreſtis
Exit: ⁊ errorem vocis vt omen amo.
Per genus infęlix iuro generiſqꝫ parentem:
Qui freta qui terras ⁊ ſua regna quatit:
Per patris oſſa tui: patrui mihi: quę tibi debent:
Quę ſe ſub tumulo fortiter vlta iacent:
Aut ego pręmoriar: primoqꝫ extinguar in ęuo:
Aut ego tantalidę Tantalis vxor ero.

DEIANIRA HERCVLI.

¶ Deianira calamitate herculis ſtupefacta: cum cauſam tanti mali a ſe profectam ſciret. anteqꝫ laqueo vitam finiret: ſcripſit ad herculem cogitãs ꝙ turpi amori Ioles ſuccubuerit: ⁊ a legitimo alienatus ſit fingitq; ſe nũcium accepiſſe de calamitate herculis quem grauiſſimo dolore tot queri audierat propter tunicaꝫ a ſe miſſam: itaqꝫ poſtqꝫ excuſauit ſe propter amorem feciſſe affirmat ſe eſſe morituram.

GRatulor Oechaliã titulis accedere noſtris.
Victorem victę ſuccubuiſſe queror.
Fama pelaſgiadas ſubito peruenit in vrbes
Decolor ⁊ factis inficienda tuis.
Quem nunqꝫ Iuno ſerieſqꝫ immenſa laborum
Fregerit huic Iolem impoſuiſſe iugum:
Hoc velit Euriſtheus: velit hoc germana tonãtis
Lętaqꝫ ſit vitę labe nouerca tuę.
At non ille velit: cui nox ſic creditur vna
Non tanti: vt tantus conciperere: fuit.
Plus tibi qꝫ Iuno nocuit venus illa premendo
Suſtulit: hęc humili ſub pede colla tenet.

Quod totũ vrbẽ ſublatis monſtris placaris. Pars terre alijs par legi placet.

Reſpice vindicibus pacatam viribus orbem:
Qua latam Nereus cęrulus ambit humum:
Se tibi pars terrę. tibi ſe tota ęquora debent:
Impleſti meritis ſolis vtramqꝫ domum.

Quod te laturum eſt cęlum: prius ipſe tuliſti.
Hercule ſuppoſito ſydera fulſit Athlas.
Quid niſi notitia eſt miſero quęſita pudori?
Si cumulas ſtupri facta priora nota?
Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues
Cum tenet in cunis iam Joue dignus eras?
Cępiſti melius ꝙ̄ deſinis. vltima primis
Cedunt diſſimiles hic vir ⁊ ille puer.
Quem non mille ferę: quem non Stheleus hoſtis
Non potuit Juno vincere: vincit amor.
At bene nupta ferorꝗa nominor Herculis vxor:
Sitqꝫ ſocer rapidis qui tonat altis equis.
Quam male inęquales veniunt ad aratra iuuenci
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt: ſed onus ſpecies lęſura ferentes.
Si qua voles apte nubere: nube pari.
Vir mihi ſemper: ⁊ coniuge notior hoſpes:
Monſtraqꝫ terribiles: perſequiturqꝫ feras.
Ipſa domo vidua votis operoſa pudicis.
Torqueor: in feſto ne vir ab hoſte cadat.
Inter ſerpentes aproſqꝫ auidoſqꝫ leones.
Jactor: heſuros cerno per oſſa canes.
Me pecudum fibrę: ſimulacraqꝫ inania ſomni
Omniaqꝫ arcana nocte petita mouent.
Aucupor infelix incertę murmura famę:
Speqꝫ timor dubia: ſpeſqꝫ timore cadit:
Mater abeſt: queritur que deo placuiſſe potenti:
Nec pater emphitrion nec puer Hyllus adeſt.
Arbiter Euryſtheus irę Junonis iniquę
Sentitur nobis: itaqꝫ longaqꝫ deę eſt
Hęc mihi ferre parũ eſt: pegrinos addis amores:
Et mater de te quęlibet eſſe poteſt.
Non ego partheniys temeratam vallibus Augen:

Cõmēdati' egiſti infantiam ꝙ̄ virilitatem.

Similitudīe noīa ꝓbat. Sentētia ꝓpuli iudicio etiã ꝓbata.

Cogita pericula in ꝗbus verſabatur.

Exponit incõmoda ſua

Cõmemorat puellas quas dicit fuiſſe cõpreſſas ab hercule.

Nec reſeram partus Ormenl nympha tuos:
Nec tibi crimen erũt Theutrantia turba ſorores:

Omphales intelligit cui ſeruiuit hercules ita vt oĩa faceret quæ mulier imperarit.

Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.
Una recens crimen referetur adultera nobis:
Unde ego ſum lydo facta nouerca Lamo.
Meander totiens qui terris errat in ĳſdem:
Qui lapſas in ſe ſepe retorquet aquas:

Pluribus verbis vituperat herculis moliciẽ.

Uidit in Herculeo ſuſpenſa monialia collo:
Illo cui cęlum ſarcina parua fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos:
Et ſolidis gemmas appoſuiſſe thoris:
Nempe ſub his animam peſtis nemęa lacertis.
Addidit vnde humeris tegmina lęuus habet.
Auſus es hirſutos mitra redimire capillos.
Aptior herculeę populus alba comę.
Nec te męonia laſciuę more puellę
Incingi zona dedecuiſſe pudet?
Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago?
Efferus humana qui dape pauit equos?
Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto:
Huic victor victo nempe pudendus eras.
Detrahat Anteus duro redimicula collo:
Ne pigeat molli ſuccubuiſſe viro.

Ioniacas aliĳ Mœ-nias.

Inter ioniacas calathum tenuiſſe puellas
Diceris: ⁊ dominę pertimuiſſe minas.
Non pudet Alciden victricem mille laborum
Raſilibus calathis impoſuiſſe manum?
Craſſaqꝫ robuſto deducis pollice fila:
Aequaqꝫ formoſę penſa rependis herę.
Ah quoties digitis dum torques ſtramina duris:
Pręualidę ſuſos comminuere manus.
Diceris infelix ſcuticę tremefactus habenis
Ante pedes dominę pertimuiſſe minas.

Eximijs pompis pręconia ſumma triumphi:
Factaqꝫ narrabas diſſimulanda tibi.
Scilicet immanes eliſos dentibus hydros.
Infantem: ⁊ caudis inuoluiſſe manum.
Ut tegeus aper cupreſſifero Erymantho.
Incubat: ⁊ vaſto pondere lędit humum.
Non tibi threicijs affixa penatibus ora:
Non hominum pugnes cęde tacentur equa
Prodigiumqꝫ triplex armenti diues hiberi
Geryone quamuis in tribus vnus erat.
Inque canes totidem trunco digeſtus ab vno:
Cerberus implicitus angue minante comis.
Quęqꝫ redundabat fęcundo vulnere ſerpens
Fertilis: ⁊ damnis diues ab vrbe ſuis:
Quiqꝫ inter lęuumqꝫ latus dextrumqꝫ lacertum
Per graue compreſſa fauce pependit onus.
Et male confiſum pedibus: formaqꝫ bimembri.
Pulſum theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hęc tu ſidonio potes inſignitus amictu
Dicere: non cultu lingua retenta ſilet.
Se quoqꝫ Nympha tuis ornauit dardanis armis:
Et tulit e capto nota trophea viro.
I nunc tolle animos. ⁊ fortia facta recenſe
Quod tu non eſſe iure vir illa fuit.
Qua tanto minor es: quanto te maxime rerum.
Quam quos viciſti: vincere maius erat.
Illi procedit rerum menſura tuarum.
Cęde bonis: hęres laudis amica tuę eſt.
O pudor hirſuti coſtis exuta leonis
Aſpera texerunt vellera molle latus.
Falleris: ⁊ neſcis: non ſunt ſpolia iſta leonis
Sed tui: tuqꝫ fere victores: illa tui.
Femina tela tulit lerneis atra venenis.

Dardanis volſcus contendit legendum eſſe tardanis.

Amplificat dedec⁹ herculis q̄ paſſus eſt amicā ſuā tegmine ſuo ⁊ armis inſtrui.

Ferre grauem lana vix ſatis apta colum.
Inſtruxitq; manum claua domitrice ferarum:
Vidit ⁊ in ſpeculo coniugis arma ſui.
Hęc tamen audieram: licuit non credere famę.
En venit ad ſenſus mollis ab aure dolor:
Ante meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi quę patior diſſimulare licet.
Non ſinis auerti medicam captiua per vrbem:
Inuitis oculis aſpicienda venit.
Non venit incultis captarum more capillis:
Fortunam vultu faſſa tegente ſuo.
Ingreditur lato ſpectabilis auro:
Qualiter in phrygia tu quoq; cultus eras.

Tanq̄ ſignū imperij ſit ⁊ Hercule captiuitatis.

Dat vultum populo ſublime ſub Hercule victo:
Oechaliam viuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſa ętholide Deianira.
Nomine depoſito pellicis vxor erit.
Eurytidos Ioles atq; inſani Alcidę.
Turpia famoſus corpora iunget hymen.
Mens fugit admonitu: friguſq; perambulat artus:
Et iacet in gremio languida facta manus.

Oſtendit qͦ amat ſit vt coniux ⁊ nō vt adultera q᷑ que bis ꝓ ea pugnauit. Lernifero meli⁹ fortaſſis letifero.

Me quoq; cū multis: ſed me ſine crimine amaſti:
Ne pigeat: pugne bis tibi cauſa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis:
Truncaq; limoſa tempora merſit aqua.
Semiuir occubuit vi. lerniferoq; veneno
Neſſus: ⁊ infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid hęc refero: ſcribenti nuncia venit
Fama virum tunicę labe perire meę.

Fingit poeta nūciū allatū fuiſſe Deianire de calamitate Herculis.

Hei mihi quid feci: quo me furor egit amantem:
Impia quid dubitas Deianira mori:
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta:
Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris:

Ecquid adhuc habeo ſacti? cur Herculis vxor
Credar? coniugij mors mea pignus erit.
Tu quoqꝫ cognoſces in me Meleagre ſororem:
Impia quid dubitas Deianira mori?
Heu deuota domus ſolio ſedet Agrius alto:
Oenea deſertum nuda ſenecta premit.
Exultat ignotis Tydeus germanus in oris.
Alter fatali viuus in igne fuit.
Exegit ferrum ſua per pręcordia mater.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Deprecor hoc vnum per iura ſaccerrima lecti:
Ne videat thalamis inſidiata tuis.
Neſſus: vt eſt auiduꝫ percuſſus arundine pectus:
Hic: dixit: vires ſanguis amoris habet.
Illita Neſſęo miſi tibi texta veneno.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Iamqꝫ vale: ſeniorqꝫ pater: germanaqꝫ Gorge.
Et pater: ⁊ patrię frater adempte meę:
Et tu lux oculis hodierna nouiſſima noſtris:
Virqꝫ ſed o poſſis: ⁊ puer hylle vale.

Quaſi a maioribus ſuis non degeneret.
Agrius aliĳs placet acrior ⁊ fortaſſe melius.
Excuſat factum ab hoſtis calliditate ⁊ puellari ſimplicitate.
Meæ aliĳs tuæ placet.

ARIADNA THESEO.

¶ Ariadna derelicta in naſo inſula ſcribit ad Theſeum hanc epiſtolam: in qua increpat eum de duritia ⁊ immanitate animi ⁊ ingratitudine beneficiorum quæ ei commemorat ⁊ poſt infœlicitates cōmemoratas rogat eum vt nauem flectat ⁊ redeat.

Illa relicta feris etiā nunc improbe Theſeu
Viuit: ⁊ hęc ęqua mente tuliſſe velis.
Mitius inueni: ꝙ te: genus omne ferarum.
Credita non vlli: quam tibi peius eram.
Quę legis: ex illo Theſeu, tibi littore mitto.
Vnde tuam ſine me, vela tulere ratem:
In quo me ſomnuſqꝫ meus male prodidit: ⁊ tu
Per facinus ſomnijs inſidiare meis.
Tempus erat vitreā quo primum, terra pruina

Iam vale qꝫ laqueo peto ad interituꝫ ⁊ pitura ſuos ſalutat.

Spargitur: ⁊ tecta fronde feruntur aues.
Incertum vigilans a ſomno languida moui
Theſea: prenſuras ſemiſopita manus.
Nullus erit: referoqꝫ manus: iterumqꝫ retento:
Perqꝫ torum moueo brachia: nullus erat
Excuſſere metus ſomnum: conterrita ſurgo:
Membraqꝫ ſunt viduo pręcipitata thoro.
Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis:
Utqꝫ erat e ſomno turbida rapta coma eſt.
Luna fuit: ſpecto ſi quid niſi littora cernam:
Quod videant oculi. nil niſi littus habent.
Nunc huc nunc illuc: ⁊ vtroqꝫ ſine ordine curro:
Alta puellares tardat harena pedes.
Interea toto clamanti littore Theſeu:
Reddebant nomen concaua ſaxa tuum.
Et quotiens ego te: toties locus ipſe vocabat:
Ille locus miſerę ferre volebat opem.
Mons fuit apparens fructices in vertice rari:
Nunc ſcopulus raucis pendet adhęſus aquis.
Aſcendo: vires animus dabat: atqꝫ ira late
Aequora proſpectu metitor alta meo.
Inde ego (nā ventis quoqꝫ ſum crudelibus vſa)
Uidi precipiti carbaſa tenſa noto:
Aut vidi: aut certe cum me vidiſſe putarem:
Frigidior glacie: ſemianimiſqꝫ fui.
Nec languere diu patitur dolor: excitor illo.
Excitor: ⁊ ſumma Theſea voce voco.
Quo fugis? exclamo: ſcelerate reuertere Theſeu:
Flecte ratem: numerum non habet illa ſuum.
Hoc ego: quod voci deerat plangore replebam:
Uerbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires vt ſaltem cernere poſſes:
Iactatę late ſigna dedere manus.

Semiſopita Alij ſemiſepulta legi volunt.

Mouet miſericordiaꝫ a cura.

Echo in cōcauis ſaxis reſpondet.

Tres Deos ſibi aduerſos narrat ventos ſomnum ⁊ fidē.

Cū ſtomaco legendū eſt ſtudioſe hoc dicitur.

Spargitur: ⁊ tecta fronde feruntur aues.
Incertum vigilans a ſomno languida moui
Theſea: prenſuras ſemiſopita manus.

Semiſopita Alij ſemiſepulta legi volunt.

Nullus erit: referoqꝫ manus: iterumqꝫ retento:
Perqꝫ torum moueo brachia: nullus erat
Excuſſere metus ſomnum: conterrita ſurgo:
Membraqꝫ ſunt viduo precipitata thoro.
Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis:
Utqꝫ erat e ſomno turbida rapta coma eſt.
Luna fuit: ſpecto ſi quid niſi littora cernam:

Mouet miſericordiaꝫ a cura.

Quod videant oculi. nil niſi littus habent.
Nunc huc nunc illuc: ⁊ vtroqꝫ ſine ordine curro:
Alta puellares tardat harena pedes.

Echo in cōcauis ſaxis reſpondet.

Interea toto clamanti littore Theſeu:
Reddebant nomen concaua ſaxa tuum.
Et quotiens ego te: toties locus ipſe vocabat:
Ille locus miſerę ferre volebat opem.
Mons fuit apparens fructices in vertice rari:
Nunc ſcopulus raucis pendet adheſus aquis.
Aſcendo: vires animus dabat: atqꝫ ira late
Aequora proſpectu metitor alta meo.

Tres Deos ſini aduerſatos narrat ventos ſomnum, ⁊ fidē.

Inde ego (nā ventis quoqꝫ ſum crudelibus vſa)
Uidi precipiti carbaſa tenſa noto:
Aut vidi: aut certe cum me vidiſſe putarem:
Frigidior glacie: ſemianimiſqꝫ fui.
Nec languere diu patitur dolor: excitor illo.
Excitor: ⁊ ſumma Theſea voce voco.
Quo fugis? exclamo: ſcelerate reuertere Theſeu:

Cū ſtomaco legenduꝫ eſt ſtudioſe hoc dicitur.

Flecte ratem: numerum non habet illa ſuum.
Hoc ego: quod voci deerat plangore replebam:
Uerbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires vt ſaltem cernere poſſes:
Iactatę late ſigna dedere manus.

Candidaqꝫ impoſui longe velamina virge:
Scilicet oblitos admonitura mei.
Jamqꝫ oculis ereptus eras: tunc deniqꝫ fleui:
Torpuerant molles ante dolore gene.
Quid potius facerent: q̃ me mea lumina flerent
Poſtquam deſierant vela videre tua?
Aut ego diffuſis erraui ſola capillis.
Qualis ab Ogygio concita Baccha deo.
Aut mare proſpiciens in ſaxo frigida ſedi:
Quamqꝫ lapis ſedes: tam lapis ipſa fui.
Sepe torum repeto: qui nos acceperat ambos:
Sed nos acceptos exhibiturus erat.
Et tua: que poſſum: pro te veſtigia tango.
Strataqꝫ: que membris intepuere tuis.
Incumbo: lachrymiſqꝫ toro manante profuſis
Peſſimus: exclamo te duo redde duos.
Venimus huc ambo: cur non diſcedimus ambo:
Perfide pars noſtri lectule maior vbi eſt?
Quid faciam? quo ſola ferar? vacat inſula cultu:
Non hominum video: non ego facta boum.
Omne latus terre cingit mare: nauita nuſq̃ eſt.
Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari comiteſqꝫ mihi: ventoſqꝫ: ratemqꝫ:
Quid ſequar? acceſſus terra paterna negat.
Vt rate felici pacata per equora labar.
Temperet vt ventos Eolus: exul ero.
Non ego te crete centum digeſta per vrbes
Aſpiciam: puero cognita terra Joui.
Nam pater & tellus iuſto regnata parento
Prodita ſunt facto nomina cara meo:
Cum tibi: ne victus tecto morerere recurro:
Que regerent paſſus pro duce fila dedi.
Cum mihi dicebas: per ego ipſa pericula iuro

A corporis habitu augetur cõmiſeratio quoties habituꝫ qui fortunã deceat ſubiectamus.

Allocutio ad rẽ inanimatam.

Dicit non licere ſibi redire in cretã in qua regnabat p̃r ſuus quem prodiderat.
Juſiurandũ repetit vt honeſtioris p̃ſi dixe videatur expoſtulatio.

Te fore: dum noſtrum viuet vterq; meam.
Viuimus: & non ſum Theſeu tua: ſi modo viuit

Cōmiſeratio eſt q̄ excitat̄ recordatiōe eoꝝ q̄ nobis rōne pſentis caſus grauiora poſſunt accidere.

Femina periurij fraude ſepulta viri.
Me quoq;: qua fratrē mactaſſes improbe claua:
Eſſet: quam dederas: morte ſepulta fides.
Nunc ego non tantum que ſum paſſura recordor:
Sed quecunq; poteſt vlla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figure:
Morſq; minus pene: q̄ mora mortis habet.
Jamiam venturos aut hac aut ſuſpicor illac:
Qui laniant auido viſcera dente lupos.
Forſitan & fuluos tellus alit iſta leones.
Quis ſcit: an hec ſeuas inſula tigres habet:
Et freta dicuntur magnas expellere phocas.
Quis vetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua cathena:
Ne ve traham ſerua grandia penſa manu.
Cui pater eſt Minos: cui mater filia Phebi:

Cōmemoratione priſtinæ fortunæ præpoſitum ſuū tuetur.

Quodq; magis memini: que tibi pacta fui.
Si mare ſi terras porrectaq; littora vidi
Multa mihi terre: multa minantur aque.
Celum reſtabat: timeo ſimulacra deorum.
Deſtituor rapidis preda cibuſq; feris.
Siue colunt habitantq; viri: diffidimus illis.
Externi didici leſa timere viros.
Viueret Androgeus vtinam: nec fata tuliſſet.

Tuliſſet egna. luiſſes legit.

Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite Theſeu:
Ardua parte virum: cetera parte bouem.
Nec tibi que reditus monſtrarent fila dediſſem:

Cōmemoratio beneficijs adſtruit vt duritiē crudelitatēq; in Theſeo expoſtulet.

Fila per aductas ſepe recepta manus.
Non equidem miror: ſi ſtat victoria tecum:
Strataq; creteam bellua ſtrauit humum.

Non poterant figi pręcordia ferrea cornu:
At te non tegeres pectore tutus eras.
Illuc tu ſilices: illuc adamanta tuliſti.
Illic: qui ſilices Theſea vincat habes.
Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem? Quid me tenuiſtis melius fortaſſis q̄ me nō quid.
At ſemel ęterna nocte premenda fui.
Vos quoq; crudeles venti nimiumq; parati:
Flaminaq; in lachrymas officioſa meas.
Dextera crudelis: quę me: fratremq; necauit:
Et data poſcenti nomen inane fides.
In me iurarunt ſomnus: ventuſq;: fideſq;: Dn̄s imputat factū vt ipſa omnino culpa vacet.
Prodita ſum cauſis vna puella tribus.
Ergo ego nec lachrymas mr̄is moritura videbo?
Nec mea quid digitus lumina conda erit?
Spiritus infęlix peregrinas ibit in auras:
Nec poſitos artus vnguet amica manus.
Oſſa ſuper ſtabunt volucres inhumata marine:
Hęc ſunt officijs digna ſepulchra meis.
Ibis cecropios portus: patriaq; receptus:
Cum ſteteris turbę celſus honore tuę.
Et bene narratis letum tauriq;: viriq;:
Sectaq; per dubia ſaxeaq; tecta vias.
Me quoq; narrato ſolam tellure relictam.
Non ego ſum titulus ſurripienda tuis.
Nec pater eſt Aegeus: nec tu pitheidos Aethrę
Filius auctores ſaxa fretumq; tui.
Dij facerent: vt me ſumma de puppe videres:
Mouiſſet vultus męſta figura tuos.
Nunc quoq; non oculis: ſi qua potes aſpice mēte Affectione vtit̄ mōſtrat enim qualis ſit ꝛ q̄d actū ſit in miſerabili fortuna.
Hęrentem ſcopulo quem vaga pulſat aqua.
Aſpice demiſſos lugentis more capillos:
Et tunicas lachrymis ſicut ab imbre graues.
Corpus: vt impulſę ſegetes aquilonibus horret:

Litteraqꝫ articulo preſſa tremente labat:
Non te per meritum: quoniam male ceſſit: adoro:
Debita ſit facto gratia nulla meo:
Sed nec pęna quidem: ſi non ego cauſa ſalutis.
Non tamen eſt cur ſis tu mihi cauſa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora laſſas.
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi qui ſuperant oſtendo męſta capillos:
Per lachrymas oro: quas tua facta mouent.
Flecte ratem Theſeu: verſoqꝫ relabere vento.
Si prius occidero: tu tamen oſſa feres.

Exprobrat beneficium ſi eripui te a medio leti: tu tñ ad necem cogere me non debes.

CANACE MACAREO.

¶ Deprehenſo ſcelere Canaces priuſquam moreretur fingit poeta eam hanc ſcripſiſſe epiſtolam ad Macareum qua ei narrat caſum ſuũ ⁊ iram patris ⁊ poſtremo rogat vt colligat oſſa ſua ⁊ infantis ⁊ in vna vrna recundat.

Aeolis ęolidę quam non habet ipſa: ſalutem
Mittit: ⁊ armata verba notata manu.
Si qua tamen cęcis errabunt ſcripta lituris.
Oblitus a dominę cęde libellus erit.
Dextra tenet calamũ: ſtrictum tenet altera ferruꝫ:
Et iacet in gremio carta notata meo.
Hęc eſt Aeolidos fratri ſcribentis imago:
Sic videor duro poſſe placere patri.
Ipſe necis cuperem noſtrę ſpectator adeſſet:
Authoriſqꝫ oculis exigeretur opus.
Ut ferus eſt: multoqꝫ ſuis truculentior Euris:
Spectaſſet ſiccis vulnera noſtra genis.
Scilicet eſt aliquid cum ſęuis viuere ventis:
Ingenio populi conuenit ille ſui.
Ille Noto Zephiroqꝫ: ⁊ Scythonio Aquiloni
Imperat: ⁊ pennis Eure proterue tuis.
Imperat heu ventis: tumideqꝫ non imperat irę:
Poſſidet ⁊ vitijs regna minora ſuis

Arguit a cõſuetudine .i. cõuerſatiõe: dicens q̄ q̄ cõuerſatur cuꝫ vẽtis q̄ ſunt ſęui q̄ ipſe eſt ſęuus.

Quid iuuat admota per auorum nomina celo
Inter cognatos poſſe referre Iouem?
Non minus infeſtum funebria munera ferrum:
Feminea teneo non mea tela manu.

> Quod nihil prodeſt du-cere genus a Saturno.

O vtinam Machareu: que nos cõmiſit in vnum:
Veniſſet leto ſerior hora meo.
Cur vnquam plus me frater q̃ frater amaſti?
Et tibi non debet quod ſoror eſſe fui?

> Poeniten-tia facti.

Ipſa quoq3 incalui qualemq3 audire ſolebam.
Neſcio quem ſenſi corde tepente deum.
Fugerat ore color: macieſq3 adduxerat artus.
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles. ⁊ nox erat annua nobis:
Et gemitum nullo leſa dolore dabam.

> Signa amo-ris macies vi-gilie ⁊ eru-beſcentia.

Nec cur hoc facerē: poterā mihi reddere cauſā:
Nec noram quid amans eſſet: at illud eram:
Prima malum nutrix animo preſenſit anili:
Prima mihi nutrix Eoli dixit amas.
Erubui: gremioq3 pudor deiecit ocellos:
Hec ſatis in tacita ſigna fatentis erant.
Iamq3 tumeſcebant vitiati pondera ventris:
Egraq3 furtiuum membra grauabat onus.
Quas mihi non herbas: q̃ non medicamina nutrix
Attulit? audaci ſuppoſuitq3 manu?
Vt penitus noſtris (hoc te celauimus vnum)
Viſceribus creſcens excuteretur onus.

> Vt partum excuteret.

Ah nimium viuax admotis reſtitit infans
Artibus: ⁊ tectus tutus ab hoſte fuit.
Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phebi
Denaq3 luciferos Luna mouebat equos
Neſcia que faceret ſubditos mihi cauſa dolores:
Et rudis ad partus: ⁊ noua miles eram.
Nec tenui vocem: quid ait tua crimina prodis?

Oraq; clamantis conſcia preſſit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit:
Sed timor ⁊ nutrix: ⁊ pudor ipſe vetant.
Contineo gemitus: elapſaq; verba reprendo:
Et cogor lachrymas combibere ipſa meas.
Mors erat ante oculos: ⁊ opem Lucina negabat:
Et graue: ſi morerer: mors quoq; crimen erat.
Quum ſuper incumbens ſciſſa tunicaq; comaq;
Preſſa refouiſti pectora noſtra tuis.

Adhortationibus excitata dolores cum partu poſuit.

Et mihi viue ſoror: ſoror o cariſſima dixti.
Viue: nec vnius corpore perde duos.
Spes bona det vires: fratri nam nupta futura es:
Illius de quo mater ⁊ vxor eris.
Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba reuixi:
Et poſitum eſt vteri crimen onuſq; mei.

Nõ eſſe gratandum argit ab impietate. Aeoli ⁊ facinoris dedecore ⁊ periculo.

Quid tibi grataris? media ſedet Aeolus aula.
Crimina ſunt oculis ſurripienda patris.
Frondibus infantem ramiſq; albentis oliuę
Et leuibus vitis ſedula cęlat anus.
Fictaq; ſacra facit: dicitq; precantia verba:
Dat populus ſacris: dat pater ipſe viam.
Iam prope limen erat: patrias vagitus ad aures
Venit: ⁊ indicio proditur ille ſuo.

Cõparatio p̃ſenti ⁊ facto cõueniens.

Eripit infantem: mentitaq; ſacra reuelat
Aeolus: inſana regia voce ſonat.
Ut mare ſit tremulum: tenui quum ſtringitur auras
Ut quatitur tepido fraxina virga Noto.
Sic mea vibrari pallentia membra videres.
Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat.
Irruit: ⁊ noſtrum vulgat clamore pudorem.
Et vix a miſero continet ore manus.
Ipſa nihil preter lachrymas pudibunda profudi:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.

Jamqꝫ dari paruum canibuſqꝫ auibuſqꝫ nepotem
Juſſerat: in ſolis deſtituitqꝫ locis.
Vagitus dedit ille miſer: ſenſiſſe putares:
Quaqꝫ ſuum poterat voce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuiſſe?
Nam potes ex animo colligere ipſe tuo:
Cum mea me coram ſyluas inimicus in altas
Viſcera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo: tunc demum pectora planxi:
Contigit inqꝫ meas vnguibus ire genas.
Interea patrijs vultu merente ſatelles
Venit: ⁊ indignos edidit ore ſonos.
Aeolus hunc enſem mittit tibi: tradidit enſem: — Mittitur enſis quo ſe Canace interficiat.
Et iubet ex merito ſcire quid iſte velit.
Scimus: ⁊ vtemur violento fortiter enſe.
Pectoribus condam dona paterna meis.
His mea muneribus genitor connubia donas?
Hac tua dote pater filia diues erit.
Tolle procul deceptę faces Hymeneę maritas:
Et fuge turbato recta nefanda pede.
Ferte faces in me: quas fertis erinnydes atrę: — Conqueſtio de patris ſęuitia.
Vt meus ex iſto luceat igne rogus.
Nubite fęlices parca meliore ſorores:
Admiſſi memores ſed tamen eſte mei.
Quid puer admiſit tam paucis editus horis?
Quo leſit facto vix bene natus auum?
Si potuit meruiſſe necem: meruiſſe putetur. — Arguit a pueri ſimplicitate quã iniuſte necatur.
Ah miſer admiſſo plectitur ille meo.
Nate dolor matris rapidarum pręda ferarum
Hei mihi natali dilacerare tuo:
Nate parum fauſti miſerabile pignus amoris.
Hęc tibi prima dies: hęc tibi ſumma fuit.
Non mihi te licuit lachrymis perfundere iuſtis: — Vertit ſermonẽ ad filiũ cuius interitũ dolet.

In tua non tonſas ferre ſepulchra comas:
Non ſuper incubui: non oſcula frigida carpſi.
Diripiunt auidę viſcera noſtra ferę:
Ipſa quoq3 infantis cũ vulnere pſequar vmbras:
Nec mare fuero dicta: nec orba diu.

Cõcludit de precationibus ep̃lam. Quælibet melius quã libet.

Tu tantum o fruſtra miſerę ſperate ſorori.
Sparſa precor nati collige membra tui.
Et refert ad matrem: ſocioq3 impone ſepulchro:
Vrnaq3 nos habeat quęlibet arcta duos.
Viue memor noſtri: lachrymaſq3 in funere funde
Neue reformida corpus amantis amans.
Te (rogo) proiecte nimium mandata ſororis.
Perfer mandatis perſequar ipſa patris.

MEDEA IASONI.

¶ Furibunda Medea poſtq̃ ſenſit Iaſonem Creuſam Creontis regis filiã in vxorem duxiſſe ſcribit hanc epiſtolã: ingratitudinemq3 in eo expoſtulat præſentemq3 minatur vltionem. nam impetrato vnius diei redita Creontis regiam incendit: qua cum filia rex abſumptus eſt Dindimã & Alcimaneum & Theſſandrum quos ex Iaſone ſuſceperat trucidauit.

At tibi. Alij legunt tibi.

At tibi colchorum (memini) regina vacaui:
Ars mea cum peteres vt tibi ferret opem.
Tunc: quę diſpenſant mortalia fata ſorores:
Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos.
Tunc potui Medea mori bene: quicquid ab illo
Produxi vitę tempore pena fuit.
Hei mihi: cur vnq̃ iuuenilibus acta lacertis
Phryxeam petiit Pelias arbor ouem?
Cur vnq̃ Colchi magnetida vidimus argon?
Turbaq3 phaſiacam graia bibiſtis aquam?
Cur mihi plus ęquo flaui placuere capilli?
Et decor & lingue gratia ficta tuę?

Iaſon primus illuc lõga naui nauigauit.

At (ſemel in noſtras quoniã noua pupis harenas
Venerat: audace: attuleratq3 viros)

Iſſet anhelatos non premeditatus in ignes:
Immemor Aeſonides oraq; adunca boum.
Semina ieciſſet: totidem ſumpſiſſet ⁊ hoſtes:
Ut caderet cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantum perfidie tecum ſcelerate periſſet.
Dempta forent capiti q̄z mala multa meo.
Eſt aliqua ingrato meritum exprobare voluptas:
Hac fruar: hec de te gaudia ſola feram.
Iuſſus inexpertam colchos aduertere puppim:
Intraſti patrie regna beata mee.
Hoc illic Medea fui: noua nupta quod hic eſt:
Quam pater eſt illi: tam mihi diues erat:
Hic Ephyren bimarē: Scythiā tenet ille niuoſam.
Omne tenet ponti qua plaga leua iacet:
Excipit hoſpicio iuuenes Aeeta pelaſgos
Et premitis dictos corpora graia toros.
Tunc ego te vidi: tunc cepi ſcire quid eſſes:
Illa fuit mentis prima ruina mee.
Ut vidi: vt perij: nec notis ignibus arſi:
Ardet vt ad magnos pinea teda deos:
Et formoſus eras: ⁊ me mea fata trahebant.
Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.
Perfide ſenſiſti. quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.
Dixerat interea tibi rex: vt dura ferorum
Inſolito premeres vomere colla boum.
Martis erant tauri plus q̄z per cornua ſeui:
Quorum terribilis ſpiritus ignis erat.
Aere pedes ſolidi pretentataq; naribus era.
Nigra per afflatus hec quoq; facta ſuos.
Semina preterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manus.
Qui peterent natis ſecum tua corpora telis.

Ingratitudinē obijcit. nā is q̄ bñficij obliuiſcit' eſt ingratus.

Argo nautarū tranſmiſſionem colchos enarrat.

Aeeta relictos qdā legunt pater Aetæ.

Temp' quo primū Iaſonis amore capta eſt.

Ut vidi vt perij. alij ⁊ vidi ⁊ perij.

Quam magna fuerint beneficia in Iaſonem refert.

Illa erat agricolę meſſis iniqua ſuo.
Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno.
Ultimus eſt aliqua decipere arte labor.
Dixerat Aeetes: meſti conſurgitis omnes:
Menſaqꝫ purpureos deſerit alta toros.
Quam tibi tunc longe regnum dotale Creuſę.
Et ſocer ⁊ magni nata Creontis erat.
Triſtis abis: oculis abeuntem perſequor vdis:
Et dixi tenui murmure lingua vale.
Ut poſitum tetigi thalamo male ſaucia lectum:
Acta eſt per lachrymas nox mihi quanta fuit.

Timoris ⁊ lachrymarū cām cōmemoratione periculoꝝ imminentiū oſtendit.

Ante oculos tauriqꝫ meos ſegeteſqꝫ nefandę:
Ante meos oculos peruigil anguis erat:
Hinc amor: hinc timor eſt: ipſm timor auget amorē:
Mane erat ⁊ thalamo chara recepta ſoror.
Diſiectamqꝫ comas auerſaqꝫ in ora iacentem
Inuenit: ⁊ lachrymis omnia plena meis:
Orat opem minys: petit altera ⁊ altera: habebit.
Aeſonio iuueni quod rogat illa damus.
Eſt nemus ⁊ piceis: ⁊ frondibus illicis atrum.
Uix illud radijs ſolis adire licet.
Sunt in eo (⁊ fuerant certe) delubra Dianę.
Aurea barbarica ſtat dea facta manu.
Neſcio an exciderint mecum loca. venimus illuc:
Orſus ex infido ſic prior ore loqui.
Ius tibi: ⁊ arbitrium noſtrę fortuna ſalutis

Arguit a facili.

Tradidit: inqꝫ tua eſt vitaqꝫ morſqꝫ manu.
Perdere poſſe ſat eſt: ſi quem iuuat ipſa poteſtas:
Sed tibi ſeruatus gloria maior ero.
Per mala noſtra precor: quoꝝ potes eſſe leuamē:
Per genuſqꝫ nomen cuncta videntis aui.

Petitiones honeſtiores faciūt preces.

Per triplices vultus arcanaqꝫ ſacra Dianę:
Et ſi forte aliquos gens habet iſta deos:

O virgo miſerere mei: miſerere meorum:
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod ſi forte virum non dedignare pelaſgum.
(Sed mihi tam faciles vnde deoſq; meos?)
Spiritus ante meus tenues vaneſcat in auras.
Quam thalamo: niſi tu: nupta ſit vlla meo
Conſona ſit Juno ſacris perfecta maritis:
Et dea marmorea cuius in ęde ſumus.
Hęc animuꝫ: ⁊ quota pars: poſſunt mouiſſe puellę
Simplicis: ⁊ dextrę dextra iuncta meę.
Vidi etiam lachrymas: an eſt pars fraudis in illis
Sic cito ſum verbis capta puella tuis.

Formāt ſpō-ſionē iure iu-rando quaſi dicat moriar prius q̄ ali-quē tibi ad meū cōiugiū preponam. Nōnt qdam legūt pars ēt mouere.

Jungis ⁊ eripides in aduſto corpore tauros:
Et ſolidum iuſſo vomere ſcindis humum.
Arua venenatis pro ſemine dentibus imples.
Naſcitur ⁊ gladios ſcutaq; miles habens.
Ipſa ego quę dederam medicamina pallida: ſedi
Cum vidi ſubitos arma tenere viros.
Donec terrigenę (facinus miſerabile) fratres
In ſe conſtrictas conſeruere manus.
Peruigil ecce Draco ſquamis crepitātibꝰ horrēs
Sibilat: ⁊ torto pectore vertit humum.
Dotis opes vbi erant? vbi erat tua regia coniux?
Quiq; maris gemini detinet iſthmos aquas?
Illa ego: quę tibi ſum nunc veniq; barbara facta:
Nunc tibi ſum pauper: nunc tibi niſa nocens.
Flammea ſubduxi medicato lumina ſomno.

In odium Creuſam in-ducit cuiꝰ cā patiebať re-pulſam.

Et tibi quę raperes vellera tuta dedi.
Proditus eſt genitor: regnum patriamq; reliqui.
Munus in exilio quodlibet eſſe tuli.
Virginitas facta eſt peregrini preda latronis:
Optima cum chara matre relicta ſoror.
At te non fugiens ſine me germane reliqui.

Deficit hoc vno littera noſtra loco.
Qđ facere auſa mea eſt: non audet ſcribere dextra
Sic ego ſed tecum dilaceranda fui.
Nec tamen extimui (quid enim poſt illa timerem?)
Credere me pelago femina: iamqꝫ nocens?

Nā qui ma
iora auſus ē
nō timet mi
nora.

Numen vbi eſt? vbi dij? meritas ſubeamus in alto
Tu fraudis penas: credulitatis ego.
Compreſſos vtinam Symplegades eliſiſſent:
Noſtraqꝫ adhererent oſſibus oſſa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos.
Debuit ingratis Scylla nocere viris.
Queqꝫ vomit totidem fluctus: totidemqꝫ reſorbet
Nos quoqꝫ trinacrie ſuppoſuiſſet aque.

Commemo
rat aliud ſuū
erga Iaſonē
beneficium.

Soſpes ad emonias: victorqꝫ reuerteris vrbes:
Ponitur ad patrios aurea luna deos.
Quid referam Pelie natas pietate nocentes?
Ceſaqꝫ virginea membra paterna manu.
Vt culpent alij: tibi me laudare neceſſe eſt:
Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.
Auſus es (o iuſto deſunt ſua verba dolori)
Auſus es Aeſonia dicere cede domo.
Juſſa domo ceſſi natis comitata duobus:
Et qui me ſequitur ſemper amore tui.

Quidam le
gunt at. ſubi
to noſtras et
hymen can
tatus ad au
res.

Vt ſubito noſtras hymen cantatus ad aures.
Venit: et accenſo lampades igne micant:
Tibiaqꝫ effudit ſocialia carmina nobis:
At mihi funeſtra flebiliora tuba:
Pertimui nec adhuc tantum ſcelus eſſe putabam
Sed tamen in toto pectore frigus erat.

Quidā vero
ſic legūt tur
ba ruūt: et hy
men clamāt
himenee fre
quentant.

Turba ruūt: hymē clamāt: hymenea frequentat
Quo propior vror eſt: hoc mihi peius erat.
Diuerſi flebant ſerui: lachrymaſqꝫ tegebant.
Quis vellet tanti nuncius eſſe mali?

Me quoqꝫ quicquid erat potius neſcire iuuabat:
Sed tanqꝫ ſcirem mens mea triſtis erat.
Cum minoꝛ e pueris iuſſus: ſtudioqꝫ videndi
Conſtitit ad geminę limina prima foꝛis:
Hinc mihi mater abi: pompam pater inquit Jaſon
Ducit: ⁊ adiunctos aureus vrget equos.
Protinus abſciſſa planxi mea pectoꝛa veſte:
Tuta nec a digitis oꝛa fuere meis.
Ire animus medię ſuadebat in agmina turbę
Sertaqꝫ compoſitis demere rapta comis.
Uix me continui: quin ſic laniata capillos
Clamarem meus eſt: inijceremqꝫ manus.
Leſe pater gaude: Colchi gaudete relicti:
Inferias vmbrę fratris habere mei.
Deſeroꝛ amiſſis regno: patriaqꝫ: domoqꝫ:
Coniuge: qui nobis omnia ſolus erat.
Serpentes igitur potui tauroſqꝫ furentes:
Unum non potui perdomuiſſe virum.
Queqꝫ feros repuli doctis medicatibus ignes:
Non valeo flammas effugere ipſa meas.
Ipſi me cantus/artes/herbęqꝫ relinquunt
Nil dea nil Hecates ſacra potentis agunt.
Non mihi grata dies: nocte vigilantur amarę.
Nec teneram miſero pectoꝛe ſomnus habet.
Quę me non poſſum: potui ſopire dꝛaconem:
Utilioꝛ cuius quam mihi cura mea eſt.
Quos ego ſeruaui: pellex amplectitur artus.
Et noſtri fructus illa laboꝛis habet.
Foꝛſitan ⁊ ſtulte dum te iactare maritę
Queris: ⁊ iniuſtis auribus apta loqui:
In faciem moꝛeſqꝫ meos noua crimina fingis:
Rideat: ⁊ vitijs lęta ſit illa meis.
Rideat: ⁊ tyrio iaceat ſublimis in oſtro.

Melanx r ex inuitt iium cn eſſe debe m

Cōuertit ſermonem ad eos quos vi ſiſſe dicēs nunc factaꝫ eſſe eoꝝ inuidiam.

Jaſonē intelligit ꝙ creuſa fungebatur.

Sẽtiet vſta. Meliꝰ forte vincet aduſta. Enumerat ea per q̄ põt ſe vlciſci.

Flebit ⁊ ardore ſentiet vſta meos.
Dum ferrum/ flãmeq; aderunt/ ſuccuſq; veneni
Hoſtis Medeę nullus inultus erit.
Quod ſi forte preces pręcordia ferrea tangunt:
Nunc animus audi verba minora meis.
Nam tibi ſum ſupplex: quod tu mihi ſępe fuiſti:
Nec moror ante tuos procubuiſſe pedes.
Si tibi ſum vilis: communes reſpice natos.
Sęuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium ſimiles tibi ſunt: ⁊ imagine tangor
Et quoties video: lumina noſtra madent.

Patriã patrẽ matrẽ ⁊ ſororẽ quæ omnia inſana reliquit.

Per ſuperos oro: per auitę numina flammę:
Per meritum ⁊ natos pignora noſtra tuos.
Redde torum: pro quo tot res inſana reliquit:
Adde fidem dictis: auxiliumq; refert.
Non ego te imploro contra tauroſq; viroſq;
Utq; tua ſerpens victa quieſcat ope.
Te peto: quem merui: quem nobis ipſe dediſti:
Cum quo ſum pariter facta parente parens.

Quaſi dicat ſatis ingentẽ dotẽ a me accepiſti cũ taurorũ ferocitas p me cõpreſſa ſit.

Dos vbi ſit quęris? campo numerauimus illo.
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Aureus ille aries villo ſpectabilis auro:
Dos mea: quam dicam ſi tibi redde: neges.
Dos mea tu ſoſpes: dos eſt mea graia iuuentus.
I nunc Siſyphias improbe confer opes.
Quod viuis: qđ habes nuptã ſocerũq; potentem:
Hoc ipſum ingratus quod potes eſſe: meum eſt.
Quod equidẽ acturum. ſed quid pędicere pęnaz
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quo feret ira ſequar: facti fortaſſe pigebit.
Et piget infido conſuluiſſe viro.

Cupido nr̃is rebus prouidebit.

Viderit iſta deus: qui nunc mea pectora verſat.
Neſcio quid certe mens mea maius agat.

LAODOMIA PROTHESILAO.

¶ Laodomia Acaſti Philacei filia et Laudothea prothesilai vxor: cum viri deſiderio teneretur illius vmbra que ſepius occurrebat ſollicitata ad illum hanc ſcribit epiſtolam: qua ſuadet vt belli periculis abſtineat: ⁊ vt coniugis viuat memor.

LAODOMIA PROTESILAO.

Mittit ⁊ optat amans quo mittitur ire: ſalutē
Aemonis Aemonio Laodomia viro
Aulide te fama eſt vento retinente morari:
Ah: me cum fugeres: hic vbi ventus erat?
Tunc freta debuerant veſtris obſiſtere remis.
Illud erat ſęuis vtile tempus aquis.
Oſcula plura viro: mandataq; plura dediſſem
Et ſunt quę volui dicere plura tibi.
Raptus es hinc pręceps: ⁊ qui tua vela vocaret.
Quem cuperent nautę non ego ventus erat.
Uentus erat nautis aptus: non aptus amanti:
Soluor ab amplexu Proteſilae tuo.
Linguaq; mandatis verba imperfecta reliquit:
Uix illud potui dicere triſte vale.
Incubuit Boreas: arreptaq; vela tetendit:
Iamq; meus longe Protheſilaus erat.
Dum potui ſpectare virum: ſpectare iuuabat:
Sumq; tuos oculos vſq; ſecuta meis.
Ut te non poteram: poteram tua vela videre:
Uela diu vultus detinuere meos.
At poſtquam nec te: nec vela fugacia vidi.
Et quod ſpectarem nil niſi pontus erat.
Lux quoq; tecum abit: tenebris exanguis abortis:
Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Uix ſocer Hyphiclus: vix me grādeuus Acaſtus.
Uix mater gelida męſta refecit aqua.
Officium fecere pium: ſed inutile nobis
Indignor miſere non licuiſſe mori.
Utq; animus redijt: pariter rediere dolores.

Pectora legitimus caſta momordit amor.

Ita propter mariti abſentiã dicit ſe eē anxiã vt nec ornatu corporis delectetur.

Nec mihi pectendos cura eſt prębere capillos:
Nec libet aurata corpora veſte tegi.
Vt quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta
Creditur: huc illuc: quo furor egit eo.
Conueniunt matres philaceides: ꝛ mihi clamant
Indue regales Laodomia ſinus.
Scilicet ipſa geram ſaturatas murice veſtes:
Bella ſub illiacis męnibus ille geret.

Quaſi dicat ego ero i delitijs ꝛ maritus meus in laboribus.

Ipſa comas pectam: galea caput ille premetur:
Ipſa nouas veſtes: dura vir arma feret:
Quo poſſum ſqualore tuos imitata labores
Dicar: ꝛ hęc belli tempora triſtis agam.
Dux Pari priamide damno formoſe tuorum:
Tam ſis hoſtis iners: ꝙ̄ malus hoſpes eras.
Aut te tenarię faciem culpaſſe maritę.
Aut illi vellem diſplicuiſſe tuam.
Tu: qui pro rapta nimium Menelae laboras:
Hei mihi quę multis flebilis vltor eris.

Cũ ad troiã iturus eſt ꝛ prothesilaꝰ pedẽ in limine oſtendiſſe traditur.

Dij precor a nobis omen remouete ſiniſtrum:
Et ſua det reduci vir meus arma Ioui.
Sed timeo quoties ſubijt miſerabile bellum:
More niuis lachrymę ſole madentis erunt.
Illion: ꝛ tenedos Simoiſqꝫ ꝛ Xantus ꝛ Ida.
Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono.
Nec rapere auſurus: niſi ſe defendere poſſet:
Hoſpes erat: vires nouerat illa ſuas.

Coniectura firmat ſollicitudinẽ ſuã nõ eē vanã.

Venerat (vt fama eſt) multo ſpectabilis auro:
Quiqꝫ ſuo phrygias corpore ferret opes.
Claſſe viriſqꝫ potens: perqꝫ fera bella geruntur:
Et ſequitur regni pars quota quemqꝫ ſui.
His ego te victam conſors lędęa gemellis
Suſpicor: hęc danais poſſe nocere puto.

Hectora neſcio quem timeo Paris Hectora dixit
Ferrea ſanguinea bella mouere manu.
Hectora quiſquis eſt: ſi tum tibi cara caueto.
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc vbi vitaris: alios vitare memento:
Et multos illic Hectoras eſſe puta
Et facito: vt dicas quoties pugnare parabis
Parcere me iuſſit Laodomia ſibi.
Si cadere argolico fas eſt ſub milite Troiam
Te quoqꝫ non vllum vulnus habente cadat.
Pugnet: & aduerſos tendat Menelaus in hoſtes:
Et rapiat Paridi: quam Paris ante ſibi.
Irruat: & cauſa quem vincit: vincat & armis.
Hoſtibus e medijs nupta petenda viro eſt.
Cauſa tua eſt diſpar. tu tantum viuere pugna:
Inqꝫ pios dominę poſſe redire ſinus.

Arguit a iuſto quaſi dicat iuſtus eſt maritus pro vxore dimicare.

Parcite Dardanidę de tot (precor) hoſtibus vni
Ne meus ex illo cerpere ſanguis eat.
Non eſt: quem deceat nudo concurrere ferro:
Seuaqꝫ in oppoſitos pectora ferre viros.

Cōuertit ſermonē ad troianos vt marito ſuo parcant.

Fortius ille poteſt: multo qui pugnat amore:
Bella gerant alij: Protheſilaus amet.
Hunc (fateor) volui reuocare: animuſqꝫ ferebat:
Subſtitit auſpicij lingua timore mali.
Cum foribus vellem ad Troiam exire paternis
Pes tuus offenſo limine ſigna dedit.
Et vidi ingemui: tacitoqꝫ in pectore dixi:
Signa reuerſuri ſint precor iſta viri.
Hec tibi nunc refero: ne ſis animoſus in armis:
Fac meus in ventos hic timor omnis eat.

Dicit omen qꝫ apparuit cum ꝓtheſilaus eſſet ex domo ſua exiturus.

Sors quoqꝫ neſcio quem fato deſignat iniquo:
Qui primus danaum troada tanget humum.
Infelix: que prima virum lugebit ademptum:

Dij ſaciant: ne tu ſtrenuus eſſe velis.
Inter mille rates tua ſit milleſima puppis:
Iamqꝫ fatigatas vltima verſet aquas.
Hoc quoqꝫ pręmoneo: de naue nouiſſimus exi.
Non eſt quo properes terra paterna tibi.
Cum venies: remoqꝫ moue: veloqꝫ carinam:
Inqꝫ tuo celerem littore ſiſte gradum.
Siue latet Phębus: ſeu terris altior extat:
Tu mihi luce dolor: tu mihi nocte venis.
Maior voluptas eſt in nocte ⁊ ſic maior dolor. Nocte tamen q̃ luce magis: nox grata puellis:
Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cęlibe ſomnos:
Dum careo veris: gaudia falſa iuuant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur venit a verbis multa querella tuis?
Excutior ſomno: ſimulacraqꝫ noctis adoro.
Nulla caret fumo theſſalis ara meo.
Thura damus: lachrimaſqꝫ ſup que ſparſa relucet
Ut ſolet a fuſo ſurgere flamma mero.
Quando ego te reducez cupidis amplexa lacertis
Languida letitia ſoluar ab ipſa mea?
Quando erit: vt lecto mecum bene iunctus in vno
Militię referas ſplendida facta tuę?
Quę mihi dum referes: quamuis audire iuuabit:
Multa tamen rapies oſcula multa dabis.
Semper in his apta narrantis verba reſiſtunt:
Promptior eſt dulci lingua referre mora.
Nauigatiõe diſſuadet. Sed cum Troia ſubit: ſubeunt ventiqꝫ fretumqꝫ:
Spes bona ſollicito victa timore cadit.
Hoc quoqꝫ quod venti prohibent exire carinas:
Me mouet: inuitis ire paratis aquis.
Quid velit in patriam vento prohibente reuerti?
A patria pelago vela vetante datis.

Ipſe ſuam non prebet iter Neptunus ad vrbem.
Quo ruitis? veſtras quiſqz redire domos?
Quo ruitis Danai? ventos audite vetantes.
Non ſubiti caſus: numinis iſta mora eſt.
Quid petitur tanto: niſi turpis adultera bello?
Dum licet: Inachie vertice vela rates.

Oſtendit ꝙ cōtra voluntatem numinū nauigēt.

Sed qd ego reuoco hec? omen reuocantis abeſto
Blandaqz compoſitas aura ſecundet aquas.
Troadas inuideo: que ſic lachrymoſa ſuorum
Funera conſpicient: nec procul hoſtis erit.
Ipſa ſuis manibus forti noua nupta marito
Imponet galeam: barbaraqz arma dabit.
Arma dabit: dūqz arma dabit: ſimul oſcula ſumet.
Hoc genus officij dulce duobus erit.
Producetqz virum: dabit ⁊ mandata reuerti:
Et dicet referas arma fac iſta Joui.
Ille ferens domine mandata recentia ſecum
Pugnabit caute: reſpicietqz domum.
Exuet: ⁊ reduci clypeum galeamqz reſoluet:
Excipietqz ſuo corpora laſſa ſinu.

Fœliciores ſunt mulieres troianorum contra quos geritur bellū ꝗ̄ grecorum.

Nos ſumus incerte: nos anſius omnia cogit
Que poſſunt fieri: facta putare timor.
Dum tamen arma geris diuerſo miles in orbe.
Que referat vultus eſt mihi cara tuos.
Illi blanditias: illi tibi debita verba
Dicimus: amplexus accipit illa meos.
Crede mihi: plus eſt ꝗ̄ ꝙ videatur imago:
Adde ſonum certe: Protheſilaus erit.
Hanc ſpecto: teneoqz ſinu pro coniuge vero:
Et tanꝗ̄ poſſit verba referre queror.

Amoris teſtimoniū oſtēdit erga maritum.

Per reditus corpuſqz tuum mea numina iuro.
Perqz pares animi coniugijqz faces:
Perqz: quod vt videam canis albere capillis.

Iurat ſe ſecuturā ꝓtheſilaū ſiue viuū ſiue mortuum.

Quod tecum poſſis ipſe referre: caput.
Me tibi venturam comitem quocunq; vocaris:
Siue quod (heu timeo) ſiue ſuperſtis eris.
Ultima mandato claudatur epiſtola paruo:
Sit tibi cura mei: ſit tibi cura tui:

Claudat̃ lectio vet⁹ hẽt claudetur.

HYPERMESTRA LYNCEO.

¶ Hypermeſtra cum danaus in carcere victam crudeliſſime eã teneret: hanc epiſtolam ad Lynceum patruelem ſuum & eundem maritum ſcribit: qua & præceptum patris & facinus ſororum & pietatem ſuam narrat: & quantum benemerita ſit de ipſo Lynceo orat q; eum vt liberet ipſam ab his pœnis quibus iniuſte tenetur.

Hypmeſtra lynceo nõ li no legendũ ex euſebij au thoritate.

Mittit Hypermeſtra de tot modo fratrib⁹ vni
Cetera nuptarum crimine turba iacet.
Clauſa domo teneor: grauibuſq; coercita vinclis:
Eſt mihi ſupplicij cauſa fuiſſe piam.
Quod manus extimuit iugulo dimittere ferrum:
Sum rea. laudarer: ſi ſcelus auſa forem.
Eſſe ream preſtat. q̃ ſic placuiſſe parenti:
Non piget immunes cedis habere manus.
Me pater igne licet: quem non violauimus: vrat.
Queq; aderant ſacris: tendat in ora faces:
Aut illo iuguler: quem non bene tradidit: enſe:
Ut qua non cecidit vir nece: nupta cadam:
Non tamen: vt dicant morientia penitet ora:
Efficiet: non eſt: quam piget eſſe piam.
Peniteat ſceleris danaum ſeuaſq; ſorores:
Hic ſolet euentus facta nefanda ſequi.
Cor pauet admonitu temerate ſanguine noctis:
Et ſubitus dextre prepedit oſſa tremor.
Quam tu cede putes fungi potuiſſe mariti:
Scribere de facta non ſibi: cede timet:
Sed tamen experiar: modo facta crepuſcula terris
Ultima pars noctis primaq; lucis erat.
Ducimur Inachides ſub magni tecta pelaſgi:

Quãuis pater oĩa genera crudeliſſime mortis q̃ commemorat paret non tñ efficit q̄ eã poeniteat pepercisse Lynceo.

Amplificat bñficiũ ſuũ deſcribitque totum negocium.

Incipit tot⁹ facti proceſſus narrare.

Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Undiqꝫ collucent pręcinctę lampades auro.
Dantur in inuitos impia thura focos.
Uulgus Hymē hymenę vocāt: fugit ille vocātes
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab vrbe ſua.
Ecce mero dubij comitum clamore frequentes
Flore nouo madidas impediente comas.
In thalamos lęti: thalamos ſua buſta feruntur:
Strataqꝫ corporibus funere digna premunt.
Iamqꝫ cibo: vinoqꝫ graues: ſomnoqꝫ iacebant:
Securumqꝫ quies alta per agros erat.
Circum me gemitus morientum audire videbar:
Et tamen audieram: quodqꝫ verebar erat.
Sanguis abit: mentemqꝫ calor corpuſqꝫ reliquit:
Inqꝫ nouoqꝫ iacui frigida facta thoro.
Utqꝫ leui Zephyro graciles vibrantur ariſtę:
Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut ſic: aut etiam tremui magis ipſe iacebas.
Queqꝫ tibi dederam vina ſoporis erant.
Excuſſere metum violentia iuſſa parentis:
Erigor: ⁊ capio tela tremente manu.

Dederam alijs placet legi dederāt

Non ego falſa loquor: ter acutum ſuſtulit enſem:
Ter male ſublato decidit enſe manus.
At rurſus monitis iuſſuqꝫ coacta parentis:

Utitur contentione diſputat in vtranqꝫ ptē quid ſit agēdū a ſeua ſit excuſatio.

Admoui iugulo tela paterna tuo.
Sed timor ⁊ pietas crudelibus obſtitit auſis:
Caſtaqꝫ mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata ſinus: laniata capillos
Exiguo dixi talia verba ſono.
Seuus Hypermeſtra pater eſt tibi: iuſſa parentis
Effice: germanis ſit comes iſte ſuis.
Femina ſum ⁊ virgo: natura mitis: ⁊ annis:
Non faciunt molles ad fera bella manus.

Jacet alijs placet vt licet legatur.

Quin age: dumqz iacet: fortes imitare ſorores:
Credibile eſt ceſos omnibus eſſe viros.
Si manus hec aliquam poſſet cōmittere cedem:
Morte foret domine ſanguinolenta ſue.
Quid meruere necem patruelia regna tenendo?
Que tamen externis danda forent generis?
Finge viros meruiſſe mori: quid fecimus ipſe?
Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puelle?
Aptior eſt digitis lana coluſqz meis.
Hec ego dūqz q̄ror lachryme ſua verba ſequūtur:
Deqz meis oculis in tua membra cadunt.
Dum petis amplexus: ſopitaqz brachia iactas:
Pene manus telo ſaucia facta tua eſt.

Tendit ad narrationez ꝛ beneficiuz cōmemorat

Jamqz patrem: famuloſqz patris: lucēqz timebam:
Expulerant ſomnos hec mea verba tuos.
Surge age Belide de tot modo fratribus vnus.
Nox tibi: ni properes iſta perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis inertia ſomni:
Aſpicis in timida fortia tela manu.
Querenti cauſam: dum nox ſinit: effuge dixi.
Dum nox atra ſinit: tu fugis: ipſa moror.
Mane erat: ꝛ Danaus generos ex cede iacentes
Dinumerat: ſumme criminis vnus abes.
Fert male cognate iacturam mortis in vno:
Et queritur factum ſanguinis eſſe parum.
Abſtrahor a patrijs pedibus: raptamqz capillis
(Hec meruit pietas premia) carcer habet.
Scilicet ex illo iunonia permanet ira.
Quo bos ex homine eſt: ex boue facta dea.

Excuſat facinus a Junonis ira ꝛ potentia.

At ſatis eſt pene teneram mugiſſe puellam:
Nec modo formoſam poſſe placere Joui.
Aſtitit in ripa liquidi noua vacca parentis:

Cornuaq; in patrijs non ſua vidit aquis.
Et conata loqui. mugitus edidit ore:
Territaq; eſt forma: territa voce ſua.
Quid furis infelix: quid te miraris in vnda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes?
Ipſa Jouis magni pellex metuenda ſorori:
Fronde leuas nimiam ceſpitibuſq; famem.
Fonte bibis: ſpectaſq; tuam ſtupefacta figuram:
Et te ne feriant quę geris arma times.
Quęq; modo: vt poſſis etiam Joue digna videri:
Diues eras nuda: nuda recumbis humo.
Per mare per terras cognataq; flumina curris:
Dat mare: dant omnes: dat tibi terra vitam.
Quę tibi cauſa fugę? quid Jo freta longa parras?
Non poteris vultus effugere ipſa tuos.
Inachi quo properas? eadem ſequeriſq; fugiſq;:
Tu tibi dux comiti: tu comes: ipſa duci.
Per ſeptem Nilus portus emiſſus in ęquor.
Exuit inſanę pellicis ora bouis.
Vltima quid referam? quorũ mihi cana ſenectus
Author dant anni quod quęrat ecce mei.
Bella pater patruuſq; gerunt. regnoq; domoq;
Pellimur: eiectas vltimus orbis habet. Peloponeſus ſignatur quẽ vltimã orbis orã exiſtimabãt primi icole.
Ille ferox ſolus ſolio ſceptriſq; potitur.
Cum ſene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum populo pars exiguiſſima reſtat:
Quiq; dati leto: quęq; dedere: fleo.
Nam mihi quot fratres: totidem periere ſorores.
Accipiat lachrymas vtraq; turba meas:
En ego: q; viuis: pęnę crucianda reſoluor.
Quid fiet ſonti cum rea laudis agar.
Et conſanguinę quondam centeſima turbę?
Infelix vno fratre manente cadam. Argumentũ a minore ad maius.

At tu ſi qua pię lynceu eſt tibi cura ſororis:
Queqꝫ tibi tribui munera dignus habes.
Uel fer opem: vel dede neci: defunctaqꝫ vita:
Corpora furtiuis inſuper adde rogis.
Et ſepeli lachrymis perfuſa fidelibus oſſa.
Scultaqꝫ ſint titulo noſtra ſepulchra breui:
Exul Hypermeſtra pretium pietatis iniquum:
Quam mortem fratri depulit: ipſa tulit.
Scribere plura libet: ſed pondere laſſa cathenę
Eſt manus: ⁊ vires ſubtrahit ipſe timor.

¶ P. Ouidij Naſonis Heroidũ Liber Secũdus.

PARIS HELENAE.

¶ Abſente Menelao Paris hanc epiſtolam ſcribit ad Helenam qua detegit quanto amoris æſtu ardeat: ſuadetqꝫ fugam quam Troianis viribus tutari poſſe demonſtrat: omnibus quæ ſe cõmendat quibus maiores ſe cõmendare ſolent.

Si ep'la breuis eſt cathene ⁊ timor ſcribendi cohibent facultatem.

Hanc tibi priamides mitto Ledęa ſalutem:
Quę tribui ſola te mihi dante poteſt.
Eloquar? an flammę non eſt opus indice notę?
Et plus q̃ vellem: iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim. dum tempora dentur:
Letitię mixtos non habitura metus.

Decentiſſima vtit̃ metaphora.

Sed male diſſimulo. quis enim celauerit ignem:
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?
Si tamen expectas vocem quoqꝫ rebus vt addam
Uror: habes animi nuncia verba mei:
Parce precor: faſſo: nec duro cętera vultu
Perlege: ſed formę conueniente tuę.
Iã dudũ gratũ eſt: qđ epiſtola noſtra recepta eſt:
Spem facit hoc recipi me quoqꝫ poſſe modo
Quę rata ſit: nec te fruſtra promiſerit: opto:
Hoc mihi quę ſuaſit mater amoris iter.
Namqꝫ ego diuino monitu: ne neſcia pecces:
Aduehor ⁊ cępto non leue numen adeſt.

Pręmia magna quidem: ſed non indebita poſco:
Pollicita eſt thalamo: te Cytherea meo.
Hac duce Sigęo dubias a littore feci
Longa Pheredea per freta puppe vias.
Illa dedit faciles auras ventoſq; ſecundos
In mare: nil mirum ius habet orta mari.
Pręſtet: ⁊ vt pelagi: ſic pecoris adiuuet ęſtus:
Deferat in portus ⁊ mea vota ſuos.
Attulimus flammas: non hic inuenimus illas:
Hę mihi tam longę cauſa fuere vię:
Nā neq; triſtis hyems: neq; nos huc apulit error:
Tenaris eſt craſſi terra petita meę.
Nec me: crede: fretum merces portante carina:
Findere: quas habeo dij tueantur opes.
Nec venio graias veluti ſpectator ad vrbes:
Oppida ſunt regni diuitiora mei.
Te peto: quā pepigit lecto Venus aurea noſtro.
Te prius optaui: q̄ȝ mihi nota fores.
Ante tuos animo vidi: q̄ȝ lumine vultus:
Prima fuit vultus nuntia fama tui.
Credis ⁊ hoc nobis: minor eſt tua gloria vero:
Famaq; de forma pene maligna tua eſt.
Plus hic inuenio: q̄ȝ quod promiſerat illa:
Et tua materia gloria victa ſua eſt.
Ergo arſit merito: qui nouerat omnia Theſeus:
Et viſa eſt tanto digna rapina viro
More tuę gentis nitida dum nuda palęſtra
Ludis: ⁊ ex nudis fęmina mixta viris.
Quod rapuit laudo: miror q̄ reddidit vnquam:
Tam bona conſtanter pręda tenenda fuit.
Ante receſſiſſet caput hoc ceruice cruenta:
Quam tu de thalamis abſtraherere meis.
Te ne manus vnq̄ȝ noſtrę dimittere vellent:

Tempeſtatez deſcribit aliqȝ euȝ nō errore appuliſſe.

Cōmendat a fama.

Lacones mixtis puellis cū pueris palęſtram exercebant.

Te ne meo paterer viuus abire ſinu?
Si reddenda ſores: aliquid tamen ante tuliſſem.
Nec venus ex toto noſtra ſuiſſet iners.
Vel tua virginitas eſſet libata: vel illud
Quod poterat ſalua virginitate rapi.
Da modo te Paridis: quę ſit conſtantia noſces:
Flamma rogi flammas finiet vna meas.
Prępoſui regnis ego te: quę maxima quondam
Pollicita eſt nobis nupta ſororq; Jouis.
Dumq; tuo poſſem circumdare brachia collo:
Contempta eſt virtus Pallade dante mihi.
Cum Venus ⁊ Juno ⁊ Pallas in vallibus Idę
Corpora iudicio ſuppoſuere meo.
Nec piget: haud vnq̄ ſtulte eligiſſe videbor:
Permanet in voto mens mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtram fieri patiare caducam
Deprecor o tanto digna labore peti.
Non ego coniugium generoſę degener opto:
Nec mea: crede mihi: turpiter vxor eris.
Pleiada: ſi quęras in noſtra gente Jouem
Jnuenies: medios vt taceamus auos.
Sceptra parens Aſię: qua nulla beatior ora
Finibus immenſis vix obeunda tenet.
Innumeras vrbes: atq; aurea tecta videbis:
Queq; ſuos dicas templa decere deos.
Jllion aſpicies firmataq; turribus altis
Męnia phębeę ſtructa canore lyrę.
Quid tibi de turba narrem numerumq; virorum?
Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum.
Occurrent denſo tibi troades agmine matres.
Nec capient phrygias atria noſtra nurus.
O quoties dices q̄ pauper Achaia noſtra eſt:
Vna domus quęuis vrbis habebit opes.

Oſcula intelligit q̄, et ſalua virginitate fieri pñt.

Sue genealogie vetuſtatē repetit.

Nec mihi fas fuerit. Sparten contemnere veſtrã:
In qua tu nata es: terra beata mihi eſt.
Parca ſed eſt Sparte: tu cultu diuite digna.
Ad talem formam non facit iſte locus.
Hanc faciem largis ſine fine paratibus vti:
Delicijſqꝫ decet luxuriare nouis.
Cum videas cultus noſtra de gente virorum:
Quales dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem: nec dedignare maritum
Rure theramneo nata puella phrygem.
Phryx erat: ⁊ noſtro genitus de ſanguine: q̃ nunc
Cum dijs potando nectare miſcet aquas.
Phryx erat Aurorę coniux: tamen abſtulit illum
Extremum noctis quę dea finit iter.
Phryx erat Anchiſes: volucrũ cui mater amoꝝ
Gaudet in idęis concubuiſſe iugis.
Nec puto collatis forma Menelaus ⁊ annis.
Iudice te nobis ante ferendus erit.
Non dabimus certe ſocerum tibi clara fugantem
Lumina: qui trepidos a dape vertat equos.
Nec pater eſt Priamo ſoceri de cede cruentus:
Et qui myrtoas crimine ſignet aquas.
Nec proauo ſtygia noſtro captantur in vnda
Poma. nec in medijs quęritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? ſi te tenet ortus ab illis
Cogitur huic domui Iupiter eſſe ſocer.
Heu facinus: totis indignus noctibus ille
Te tenet amplexu perfruiturqꝫ tuo.
At mihi conſpiceris poſita vix deniqꝫ menſa:
Multaqꝫ: quę lędant: hoc quoqꝫ tempus habet.
Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris.
Experior poſito qualia ſępe mero.
Pęnitet hoſpitij: cum me ſpectante lacertos

Ne videatur ſpernere greciam dicit ſe venerari plurimũ lacedemona natalem terrã ipſius helene.

Laudat ſe a pulchritudine ⁊ fortitudine.

Narratur⁹ q̃ marit⁹: in amore aſſiduo ſit moleſta incipit ab excandeſcentia.

Imponit collo ruſticus ille tuo.
Rumpor: ⁊ inuideo: qd nunc tamē omnia narrē?
Membra ſuperiecta cum tua veſte fouet.
Oſcula cum vero coram non dura daretis:
Ante oculos poſui pocula ſumpta meos.
Lumina demitto cū te tenet arctius ille:
Creſcit ⁊ inuito lentus in ore cibus.
Sepe dedi gemitus: ⁊ te laſciua notaui.
In gemitu riſum non tenuiſſe meo.
Hec cōſcatio miſerationem mouet fortius ſolicitat̃ dum nō videt e.ī quā cum illam videat.
Sepe meam volui flammam compeſcere: at illa
Creuit ⁊ ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq; ne videam: verſa ceruice recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipſa meos.
Quid faciam dubito: dolor eſt meus iſta videre:
Sed dolor a facie maior abeſſe tua eſt.
Qua licet: ⁊ poſſum luctor celare furorem
Sed tamen apparet diſſimulatus amor.
Nec tibi verba damus: ſentis mea vulnera: ſentis.
Atq; vtinam ſoli ſint ea nota tibi.
Ah quoties lachrymis venientibus ore reflexi.
Ne cauſam fletus quęreret ille mei.
Ah quoties aliquem narraui potus amorem
Ad vultus referens ſingula verba tuos.
Iudiciumq; mei ficto ſub nomine feci.
Ille ego: ſi neſcis: verus amator eram.
Quin etiam: vt poſſem verbis petulantibus vti:
Non ſemel ebriatas eſt ſimulata mihi.
Prodita ſunt (memini) tunica tua pectora laxa:
Atq; oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora vel niuibus puris vel lacte: tuamq;
Complexo matrem candidiora Ioue.
Dum ſtupeo viſis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis a digitis excidit anſa meis.

Oſcula ſi natę dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lętus ab ore tuli.
Et modo cantabam veteres reſupinus amores:
Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitum primas Climenenq; Aetrãq; tuarũ
Auſus cum blandis nuper ad ire ſonis.
Quę mihi non aliud: q̃ formidare: locutę:
Orantis medias deſeruere preces.
Dij facerent precium magni certaminis eſſes:
Teq; ſuo poſſet victor habere toro.
Ut tulit Hippomenes Schęneida pręmia curſus:
Quę proprio curſu vicerat ante procos:
Sic & tu phrygias venies regina per vrbes.
Uenit vt in phrygios Hippodamia ſinus.
Ut ferus Alcides Achcolia cornua fregit:
Dum petit amplexus Deianira tuos.
Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet:
Teq; mei ſcires eſſe laboris opus.
Nunc mihi nil ſupereſt: niſi te formoſa precari.
Amplectiq; tuos ſi patiare pedes.
O decus: o pręſens geminorum gloria fratrum.
O Ioue digna viro: ni Ioue nata fores.
Aut ego ſigęos repetam te coniuge portus:
Aut hic tęnarea contegar exul humo.
Non mea ſunt ſumma leuiter diſtricta ſagitta
Pectora: deſcendit vulnus ad oſſa meum.
Hoc mihi (nam recolo) fore vt a cęleſte ſagitta
Figar: erat verax vaticinata ſoror.
Parce datum fatis Helene contemnere amorem.
Sic habeas faciles in tua vota deos.
Multa quidẽ ſubeũt: ſed corã vt plura loquamur:
Excipe me lecto nocte ſilente tuo:
An pudet? & metuis venerem temerare maritam?

Nullũ certamen eſt tã graue q̃ ego ſubiturus nõ eſſem ſi Helena pretiũ eſſet certaminis.

Arguit amorem hũc fore neceſſarium a fato.

Rara eſt cõcordia formæ atq3 pudicitiæ ait alius.

Caſtaq3 legitimi fallere iura thori?
Ah nimium ſimplex Helene: ne ruſtica: dicam
Hanc faciem culpa poſſe carere putas?
Aut faciem mutes: aut ſis non dura neceſſe eſt.
Lis eſt cum forma magna pudicitię.
Juppiter his gaudet. gaudet Venus aurea furtis
Hęc tibi nempe patrem furta dedere Jouem:
Vix fieri: ſi ſint vires in ſemine amorum:
Et Jouis ⁊ lędę filia caſta potes:
Caſta tamen tunc ſis cum te mea Troia tenebit:
Et tua ſim (quęſo) crimina ſolus ego.
Nunc ea peccemus: quę corriget hora iugalis:
Si modo promiſit non mihi vana Venus.
Sed tibi ⁊ hoc ſuadet rebus non voce maritus:
Neue ſui furtis hoſpitis obſtet. abeſt:
Non habuit tempus: quo creſia regna videret
Aptius: o mira calliditate virum.
Ille abit: Idęi mando tibi dixit iturus
Curam pro nobis hoſpitis vxor agas.
Negligis abſentis (teſtor) mandata mariti.
Cura tibi non eſt hoſpitis illa tui.
Huncine tu ſperas hominem ſine pectore dotes
Poſſe ſatis formę Tyndari noſſe tuę?
Falleris ignorat: nec ſi bona ſumma putaret:
Quę tenet externo crederet ille viro.
Vt te nec mea vox: nec te meus incitet ardor
Cogimur ipſius comoditate frui:
Aut erimus ſtulti: ſic vt ſuperemus ⁊ ipſum:
Si tam ſecurum tempus abibit iners.
Pene ſuis manibus ad te deducit amantem:
Vtere mandatis ſimplicitate viri.
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili.
In viduo iaceo ſolus ⁊ ipſe thoro.

Te mihi: meq; tibi communia gaudia iungant.
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quęuis tibi numina: meq;
Aſtringam verbis in ſacra iura meis.
Tunc ego: ſi non eſt fallax fiducia noſtri:
Efficiam preſens vt mea regna petas.
Si pudet: & metuis ne me videare ſecuta:
Ipſe reus ſine te criminis huius ero:
Nam ſequar Aeacidę factum fratrũq; tuorum
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theſeus. geminas Leucipidas illi.
Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica claſſis adeſt: armis inſtructa: viriſq;: Arguit a faci litate diſcen di q; claſſis adeſt.
Iam facient celeres remus & aura vias.
Ibis dardanias ingens regina per vrbes:
Teq; nouam credet vulgus adeſſe deam.
Quaq; feres greſſus adolebunt cinnama flãmę:
Cęſaq; ſanguineam victima planget humum.
Dona pater fratres & cum genitrice ſorores:
Illiadeſq; omnes Troiaq; tota dabit.
Hei mihi: vix a me pars dicitur vlla futuri: Allicit eã a numerũ po licitatione.
Plura feres: quam quę littera noſtra refert.
Nec tu rapta time: ne nos fera bella ſequantur:
Concitet & vires grecia tota ſuas.
Tot prius abductis quę nam eſt repetita per arma
Crede mihi vanos res habet iſta metus. Rñdet obie ctioni & mul taruʒ exẽplo oſtendit nõ eſſe metuen dũ; q; bello repetatur.
Nomine cęperũt Aquilonis erechtheida thraces
Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit.
Phaſida puppe noua vexit pegaſeus Iaſon:
Lęſa nec eſt Colcha Theſſala terra manu.
Te quoq; qui rapuit: rapuit Minoida Theſeus.
Nulla tamen Minos cretas ad arma vocat:
Terror his ipſo maior ſolet eſſe periclo.

Queqʒ timere libet: pertimuiſſe pudet.
Finge tamen: ſi vis: ingens conſurgere bellum:
Et mihi ſunt vires: ⁊ mea tela nocent:
Nec minor eſt Aſię: quam veſtrę copia terrę.
Illa viris diues: diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit.
Quam paris: aut armis ante ſerendus erit.
Pene puer: cęſis abducta armenta recepi.
Hoſtibus ⁊ cauſam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes vario certamine vici:
In quibus Ilioneus Deiphobuſqʒ fuit.
Neue putes non me niſi cōmunis eſſe timendum
Figitur inuiſo noſtra ſagitta loco.
Non potes hęc illi Priamę dare facta iuuentę.
Inſtruere Atridem non potes arte mea.
Omnia ſi dederis nunqʒ dabis Hectora fratrem.
Unus his innumeri militis inſtar erit.
Quid valeam neſcis: ⁊ te mea robora fallunt:
Ignoras: cui ſis nupta ſutura viro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultus:
Aut celent marti dorica caſtra meo.
Nec tamen indignor pro tanta ſumere bellum
Coniuge certamen pręmia magna mouent.
Tu quoqʒ: ſi de te totus contenderit orbis:
Nomen ab ęterna poſteritate feres.
Spe modo non timida dijs hinc egreſſa ſecundis.
Exige cum plena munera pacta fide.

Cōcludit q̄ non repeter̄ bello: aut ſi repetaᵗ defendetur et erit illa ſumma gloria q̄ propter eā Europa et Aſia magno bello certauerunt.

HELENA PARIDI.

¶ Helena lecta epiſtola Paridis cum ea delectata eſſet: licet oſtendat indignationem atqʒ obiurget: non potuit tamen non reſcribere ita leniter demulſa eſt blanditijs Paridis quas magno artificio contexuit: vt oſtendat votum amantis impleturam.

NUnc oculos tua cum violarit epiſtola nr̄os:
Non reſcribendi gloria viſa leuis.

Auſus es hoſpicij temeratis aduena ſacris:
Legitimam nuptę ſolicitare fidem:
Scilicet iccirco ventoſa per ęquora vectum
Excepit portu tęnaris ora ſuo.
Nec tibi: diuerſa quamuis a gente venires:
Oppoſitas habuit regia noſtra fores.
Eſſet vt hoſpicij merces iniuria tanti.
Qui ſic intrabas: hoſpes an hoſtis eras?
Nec dubito: quin hęc cum ſit tam iuſta vocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane: dum non oblita pudoris:
Dumqꝫ tenor vitę ſit ſine labe meę.
Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore:

Fatetur ruſti
citatem quã
obiecerat.

Nec ſedeo duris torua ſupercilijs:
Fama tamen clara eſt: ⁊ adhuc ſine crimine vixi:
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror: quę ſit fiducia cępto:
Spemqꝫ thori dederit: quę tibi cauſa mei.
An quia vim nobis neptunius attulit heros:

Attulit he
ros alij intu
lit legunt.
Licet hoc ex
emplo videa
tur diſſuade
re ne rapiat
tacite tñ ad
rapiendũ in
citat.

Rapta ſemel videor bis quoqꝫ digna rapi.
Crimen erat noſtrum: ſi delinita fuiſſem:
Cum ſim rapta: mecum quid niſi nolle fuit.
Nec tamen e facto fructum tulit ille petitum:
Excepto redij paſſa timore nihil.
Oſcula luctando tantũmodo pauca proteruus
Abſtulit vlterius nil habet ille mei.
Quę tua nequitia eſt non his contenta fuiſſet.
Dij melius: ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactam: minuitqꝫ modeſtia crimen:

Diſſimula
ta ꝫ iracũdia
amantis ſpẽ
ſuggerit.

Et iuuenem facti penituiſſe patet.
Theſea penituit: Paris vt ſuccederet illi.
Ne quando nomen non ſit in ore meum.
Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti.

Si modo quem profers non ſimulatur amor?
Hoc quoqꝫ enim dubito: non quod fiducia deſit:
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis.
Uerbaqꝫ dicuntur veſtra carere fide.

Fidelē haud formæ mulieri iuenies virum ait comicus.

At peccat alię: matronaqꝫ rara pudica eſt:
Qui prohibet raris nomen ineſſe meum?
Nam mea quod viſa eſt tibi mater idonea: cuius
Exemplo flecti me quoqꝫ poſſe putas:
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſę
Error ineſt: pluma tectus adulter erat.
Nil ego ſi peccem poſſum neſciſſe: nec vllus.
Error: quod facti crimen obumbret erit.

Demōſtrat exēplum ſue cauſe nō cōuenire cum matre.

Illa bene errauit: vitiumqꝫ authore redemit.
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus ⁊ proauos ⁊ regia nomina iactas:
Clara domus ſatis hęc nobilitate ſua eſt.

Sui generis c[o]m[pa]ratione pa[r]idis ia[c]tantiam cōtemnit.

Iupiter vt ſoceri proauus taceatur: ⁊ omne
Tantalyde Pelopis Tyndareiqꝫ genus.
Dat mihi Lęda Iouem cygno decepta parenteꝫ
Que falſam gremio credula fouit auem:
I nunc: ⁊ phrygię clare primordia gentis:
Cumqꝫ ſua Priamo Laomedonta refer.
Quos ego ſuſpicio: ſed qui tibi gloria magna eſt:
Quintus is a noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tuę quamuis rear eſſe potentia Troię:
Non tamen hęc illis eſſe minora puto.
Si iam diuitijs locus hic numeroqꝫ virorum
Uincitur: at certę barbara terra tua eſt:
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues:
Ut poſſint ipſas illa mouere deas.

Concedit Phrygias opes ſed per recriminationem refellit.

Sed ſi iam vellem fines tranſire pudoris:
Tu maior culpę cauſa futurus eras:

Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo:
Aut ego te potius: quam tua dona ſequar.
Atqꝫ ea non ſperno: ſic accepiſſima ſemper
Munera ſunt authoꝛ que precioſa facit. — Munera ꝑ dignitate datis pretiū capiunt.
Plus multo eſt: qđ amas: qđ ſum tibi cauſa laboris
Quod tam per longas ſpes tua venit aquas.
Illa quoqꝫ: appoſita quę nūc facis impꝛobe mēſa
Quamuis experiar diſſimulare noto.
Tu modo me ſpectas oculis laſciue proteruis:
Quos vix inſtantes lumina noſtra ferunt.
Et modo ſuſpiras: modo pocula proxima nobis — Signa amoris.
Sumis: quaqꝫ bibi tu quoqꝫ parte bibis.
Ah quoties digitis quoties ego tecta notaui
Signa ſupercilio pene loquente dari.
Et ſepe extimui. ne vir meus illa videret:
Non ſatis occultis erubuiqꝫ genis.
Sepe vel exiguo vel longo murmure dixi:
Nil pudet hunc: nec vox hec mea falſa fuit.
Orbe quoqꝫ in menſe legi ſub nomine noſtro:
Quod deducta mero littera fecit amo.
Credere me tamen oculo renuente negaui.
Hei mihi iam didici: ſic quoqꝫ poſſe loqui.
His ego blanditijs ſi peccatura fuiſſem
Flecterer his poterant pectora noſtra capi.
Eſt quoqꝫ (confiteoꝛ) facies tibi rara: poteſtqꝫ
Velle ſub amplexus ire puella tuos.
Altera ſed potius fęlix ſine crimine fiat:
Quam cadat externo noſter amore pudoꝛ.
Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere: — Suaſio ab honeſto.
Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis.
Quam multos credis iuuenes optare: qđ optas:
Qui ſapiunt oculos an Paris vnus habes?
Non tu plus cernis: ſed plus temerarius audes:

Non tibi plus coꝛdis. ſed magis oris ineſt.

Voluiſſet cū venire ad appetendū qn̄ helena nubilis erat ⁊ non nunc.

Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina:
Cum mea virginitas mille petita procis.
Si te vidiſſem pꝛimus de mille ſuiſſes:
Judicio veniam vir dabit ipſe meo.
Ad poſſeſſa venis: pꝛęreptaqꝫ gaudia ſerus:
Spes tua lenta ſuit: quod petis alter habet.
Ut tamen optarem fieri tua troica coniux:
Inuitam ſic me non Menelaus habes.

Repellit eū a ſe ne amplius verbis eā ſollicitet.

Deſine molle precoꝛ verbis conuellere pectus:
Neue mihi: quam tu dicis amare: noce:
Sed ſine: quam tribuit ſoꝛtem foꝛtuna tueri:
Nec ſpolium noſtri turpe pudoꝛis habe.
At Venus hoc pacta eſt: ⁊ in altę vallibus Idę

Respondet ad id qḋ paris dixerat.

Tres tibi ſi nudas exhibuere deę.
Unaqꝫ cum regnum belli daret: altera laudem:
Tyndaridis coniux tertia dixit eris.
Credere vix equidem cęleſtia numina poſſum
Arbitrio foꝛmam ſuppoſuiſſe tuo.
Utqꝫ ſit hoc verum certe pars altera ficta eſt:
Judicij precium qua data dicar ego.
Non eſt tanta mei fiducia coꝛpoꝛis: vt me
Maxima teſte dea dona ſuiſſe putem.
Contenta eſt oculis hominum mea foꝛma pꝛobari
Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi.
Sed nihil infirmo: faueo quoqꝫ laudibus iſtis.
Nam mea vox quare quod cupit: eſſe neget:
Nec tu ſuccenſe nimium mihi creditus ęgrę:
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides

Sententia.

Pꝛima mea eſt igitur Veneri placuiſſe voluptas:
Pꝛoxima: me viſam pręmia ſumma tibi.
Nec te Palladios: nec te Junonis honoꝛes
Auditis Helenę prępoſuiſſe bonis.

Ergo ego ſum virtus: ego ſum tibi nobile regnū:
Ferrea ſim: ſi non hoc ego pectus amem.

Ergo me ꝑ virtute ꝑ regno q̄ ꝑmittebatur accepiſti.

Ferrea (crede mihi) non ſum: ſed amare recuſo
Illum quem fieri vix puto eſſe meum.
Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro:
Spemq; ſequi coner: quam locus ipſe negat?
Sum rudis ad Veneris furtum: nullaq; fidelem
(Dij mihi ſunt teſtes) luſimus arte virum.
Nunc quoq; qđ tacito mando mea verba libello:
Fungitur officio littera noſtra nouo.
Felices: quibus vſus adeſt: ego neſcia rerum
Difficilem culpę ſuſpicor eſſe viam.

Adducit rationes quare hæc ſpes videat̄ negari ⁊ arguit a maioribus ſuis.

Ipſe malo metus eſt: iam nūc cōfundor: ⁊ omnes
In noſtris oculos vultibus eſſe reor.
Nec reor hoc falſo: ſenſi mala murmura vulgi
Et quaſdam voces retulit Aethra mihi.
At tu diſſimula: niſi tu deſiſtere mauis:
Sed cur deſiſtas? diſſimulare licet:
Lude ſed occultę. maior non maxima nobis
Eſt data libertas: q; Menelaus abeſt.

Licet enim abſit non tñ licet omnia audere.

Ille quidem procul eſt ita re cogente profectus:
Magna fuit ſubitę iuſtaq; cauſa vię.
At mihi ſic viſum eſt: ego cum dubitarer an iret:
Quamprimum dixi fac rediturus eas.

Sic viſum Aldus luſum legit.

Omine lętatus dedit oſcula: reſq; domuſq;
Et tibi ſit curę troicus hoſpes ait.
Vix tenui riſum: quem dum compeſcere luctor:
Nil illi potui dicere pręter erit.
Vela quidem ventis Creten dedit ille ſecundis:
Sed tu non ideo cuncta licere puta:
Sic meus hinc vir abeſt vt me cuſtodiat abſens.
An neſcis longas regibus eſſe manus?
Fama quoq; eſt oneri: nam quo conſtantius ore

Qui etiam remotiſſima queq; cuſtodire pñt.

Laudamur veſtro iuſtius ille timet.
Que iuuat: vt nūc eſt. eadem mihi gloria dāno eſt
Et melius fame verba dediſſe fuit.
Nec ꝙ abeſt: hic me tecum mirare relictam:
Moribus ⁊ vite credidit ille mee.
De facie metuit: vite confidit: ⁊ illum
Securum probitas forma timere facit.
Tempora ne pereant vltro data precipis: vtq3
Simplicis vtamur commoditate viri.
Et libet ⁊ timeo nec adhuc exacta voluntas
Eſt ſatis in dubio pectora noſtra labent.

Reſponſio eſt.

Et vir abeſt nobis: ⁊ tu ſine coniuge dormis:
Inq3 vicem tua me: te mea forma capit:
Et longe noctes ⁊ iam ſermone coimus.
Et tu (me miſeram) blandus: ⁊ vna domus:
Et peream: ſi non inuitent omnia culpam:
Neſcio quo tardor ſed tamen ipſa metu.
Quod male perſuades: vtinā bene cogere poſſes.
Sic mea ruſticitas excutienda foret.
Utilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis.
Sic certe felix ipſa coacta forem.

Inſtabilitas oſtendit mulieris.
Multis rōnibus ⁊ exēplis probat quare nō debeat ſeq̄ paridem.

Dum nouus eſt cepto potius pugnemus amori
Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certus in hoſpitibus non eſt amor. errat: vt ipſi:
Cumq3 nihil ſperes firmius eſſe: fugit.
Hypſiphyle teſtis: teſtis minoia virgo:
In non exhibitis vtraq3 iuncta thoris.
Tu quoq3 dilectam multos in fide per annos:
Diceris Oenonem deſeruiſſe tuam.
Nec tamen ipſe negas: ⁊ nobis omnia de te
Querere ſi neſcis: maxima cura fuit.
Adde: ꝙ vt cupias conſtans in amore manere
Non potes: expediunt iam tua vela phryges.

Dum loqueris mecum: du3 nox ſperata paratur:
Qui ferat in patriam iam tibi ventus erit.
Curſibus in medijs nouitatis plena relinquens
Gaudia: cum ventis noſter abibit amor.
An ſequar: vt ſuades laudataqꝫ pergama viſam?
Pronurus ⁊ magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris pręconia famę:
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Spartę? quid Achaia tota?
Quid gentes alię? quid tua Troia loqui?
Quid priamus de me: Priami quid ſentiet vxor?
Totqꝫ tui fratres dardanięqꝫ nurus?
Tu quoqꝫ qui poteris fore me ſperare fidelem:
Et non exemplis anxius eſſe tuis.
Quicunqꝫ illiacos intrauerit aduena portus:
Is tibi ſolliciti cauſa timoris erit.
Ipſe mihi quoties iratus adultera dices
Oblitus noſtro crimen ineſſe tuum.
Delicti fies idem reprehenſor ⁊ author.
Terra precor vultus obruat ante meos.
At fruar Iliacis opibus cultuqꝫ beato:
Donaqꝫ promiſſis vberiora feram.
Purpura nempe mihi precioſaqꝫ texta dabuntur:
Congeſtoqꝫ auri pondere diues ero.
Da veniam faſſę: non ſunt tua munera tanti:
Neſcio quo tellus me tenet iſta modo.
Quis mihi ſi lędar: phrygijs ſuccurret in oris?
Vnde petam fratres? vnde parentis opem?
Omnia Medeę fallax promiſit Iaſon.
Pulſa eſt ęſonia non minus illa domo.
Non erat Aeetes: ad quem deſpecta veniret:
Non Ipſea parens Calciopeqꝫ ſoror.
Tale nihil timeo: ſed nec Medea timebat.

Tranſit ad eã ſuaſionez paridis q̃ eſt troica claſſis adeſt.

Aliud nõ dicetur niſi q̄ adultera fuiſ cõſultis famę

Rñdet ad ea q̃ Paris poſſet dicere ⁊ adducit exemplũ quo oſtendit ſe timere ne decipiat̃ ſimiliter.

Fallitur augurio ſpes bona ſepe ſuo.
Omnibus inuenies: quę nunc iactantur in alto:
Nauibus a portu lene fuiſſe fretum.
Fax quoqꝫ me terret: quam ſe peperiſſe cruentam

Diſſuadet rapinam a ſomnis.

Ante diem partus eſt tua viſa parens.
Et vatum timeo monitus: quos igne pelaſgo.
Ilion arſurum pręmonuiſſe ferunt.
Utqꝫ fauet Cytherea tibi: quia vicit habetqꝫ:
Parta per arbitrium bina trophea tuum.
Sic illa timeo: quę: ſi tua gloria vera eſt:
Iudice te cauſam non tenuere duę

Reſpondet ad id nec tu rapta time.

Nec dubito quin te ſi perſequar: arma parentur.
Ibit per gladios hei mihi noſter amor.
An fera centauris indicere bella coegit.
Atracis Aemonios Hippodamia viros.
Tu fore tam lentum iuſta Menelaon in ira?
Et geminos fratres Tyndareumqꝫ putas?
Quod bene te iactas ⁊ fortia facta recenſes:
A verbis facies diſſidet iſta tuis:

Facies veneri magis conuenit ꝙ̃ fortiter facti.

Apta magis veneri: quam ſunt tua corpora Marti
Bella gerant fortes: tu Pari ſemper ama.
Hectora: quem laudas pro te pugnare iubeto:
Militia eſt operis altera digna tui.
His ego: ſi ſuperem: pauloqꝫ audacior eſſem
Uterer: vteretur: ſi qua puella ſapit.
Aut ego depoſito faciam fortaſſe pudore:
Et dabo coniunctas tempore victa manus.

Pudore in quibuſdã timore repit.

Quod petis vt furtim pręſentes ita loquamur:
Scimur quid captes: colloquiumqꝫ voces:
Sed nimiũ ꝓperas: ⁊ adhuc tua meſſis ĩ herba eſt
Hęc mora ſit voto forſan amica tuo:
Hactenus arcanum furtiuę conſcia mentis.
Littera iam laſſo pollice ſiſtat opus.

Cętera per ſocias Climenen Aetram loquemur:
Quę mihi ſunt comites conſiliumqꝫ duę.

LEANDER HERONI.

¶ Scribit Leander ad amicam ſuam hanc epiſtolam: qua vehementes amorem ſuum firmum ⁊ ſtablem confitetur ⁊ excuſat ꝙ iam ſeptē diebus ad eam non potuerit natare propter maris commotionem. excuſat etiam quare non ierit cum nauta qui illuc nauigabat potius q̄ litteras daret. poſtremo pollicetur ſe iturum interea rogat ꝙ habeat hanc epiſtolam ſecum in loco ſui.

Mittit Abydenus: quam mallet ferre ſalutem
Si cadat vnda maris: Seſta puella tibi. — Unda non nulli fra legunt.
Si mihi dij faciles: ⁊ ſunt in amore ſecundi
Inuitis oculis hęc mea verba leges.
Sed non ſunt faciles: nam cur mea vota morantur
Currere me nota non patiuntur aqua?
Ipſa vides cęlum pice nigrius: ⁊ freta ventis
Turbida: perqꝫ cauas vix adeunda rates.
Unus ⁊ hic audax a quo tibi littera noſtra
Redditur: a portu nauita fecit iter.
Aſcenſurus eram: niſi ꝙ dum vincula prorę
Solueret: in ſpeculis omnis Abydos erat.
Non poteram celare meos velut inde parentes
Quemqꝫ tegi volumus: non latuiſſet amor.
Protinus hęc ſcribens felix i littera dixi:
Iam tibi formoſam porriget illa manum.
Forſitan admotis etiam tangere labellis.
Rumpere dum niueo vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis:
Cętera cum cartha dextra locuta mea eſt.
Ah quanto mallem: q̄ ſcriberet illa nataret:
Meqꝫ per aſſuetas ſedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placito dare verbera ponto:
Eſt tamen ⁊ ſenſus apta miniſtra mei.
Septima nox agitur ſpacium mihi longius anno:
Solicitum raucis ꝙ mare feruet aquis.

A numero et a tēpore augetur pathos. Ponit res ante oculos vt geſtę eſt cōmiſeratio nem mouet.

His ego ſi vidi mulcentem pectora ſomnum:
Noctibus inſani ſit mora longa freti.
Rupe ſedens aliqua ſpecto tua l ttora triſtis:
Et quo non poſſum corpore: mente feror.
Lumina quin etiam ſumma vigilantia turre
Aut videt: aut acies noſtra videre putat.
Ter mihi depoſita eſt in ſicca veſtis harena:
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obſtitit inceptis tumidum iuuenilibus ęquor:
Merſit et aduerſis ora natantis aquis:
At tu de rapidis immanſuetiſſime ventis

Expoſtulationis narratio q̄ miſeratione non caret.

Quid mecum certa prelia mente geris?
In me (ſi neſcis) Borea: non in ęquora ſęuis.
Quid faceres: eſſet ni tibi notus amor?
Tam gelidus cū ſis: non tamen improbe quondā
Ignibus Actęis incaluiſſe negas:
Gaudia rapturo ſi quis tibi rumpere vellet
Aereos aditus: quo paterere modo?
Parce precor. facileqꝫ moue moderatius auras:
Imperet Hipotades ſic tibi triſte nihil.
Vana peto: precibuſqꝫ meis obmurmurat ipſe:
Quaſqꝫ quatit: nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces vtinam mihi Dędalus alas.
Icarium quamuis hic prope littus adeſt:
Quicquid erit patiar: liceat modo corpus in auras
Tollere: quod dubia ſępe pependit aqua.
Interea dum cuncta negant ventiqꝫ fretumqꝫ:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erit incipiens (nāqꝫ eſt meminiſſe voluptas)
Cum foribus patrijs egrediebar amans.

Deſcribit tēpus quo primum natauit ad hero.

Nec mora depoſito pariter cum veſte timore
Iactabam liquido brachia noſtra mari.
Luna mihi tremulum lumen prębebat eunti:

Ut comes in noſtras officioſa vias.
Hanc ego ſuſpiciens foueas o candida dixi:
Et iubeant animo Lathmia ſaxa tuo.
Non ſinit Endimion te pectoris eſſe ſeueri:
Flecte precor vultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cęlo delapſa patebas.
Uera loqui liceat: quam ſequor ipſa dea eſt.
Neu referam mores cęleſti pectore dignos:
Forma niſi in veras non cadit illa deas.
A Ueneris facie non eſt prior vlla tuaq;:
Neue meis credas vocibus: ipſa vide.
Quantum: cum radijs fulges argentea puris:
Cum cedunt flammis ſydera cuncta tuis:
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt:
Si dubitas: cęcum Cynthia lumen habes.
Hęc ego: vel certe non his diuerſa locutus.
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Unda repercuſſę radiabat imagine lunę:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; vox vnquam noſtras. veniebat ad aures:
Pręter dimotę corpore murmur aquę.
Halcyones ſolę memores Ceycis amati
Neſcio quid viſę ſunt mihi dulce queri.
Jamq; fatigatis humero ſub vtroq; lacertis
Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Ut procul aſperi lumen: meus ignis in illo eſt.
Illa meum dixi littora lumen habent.
Et ſubito laſſis vires rediere lacertis:
Uiſaq;: quam fuerat: mollior vnda mihi:
Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi:
Qui calet in cupido pectore pręſtat amor.
Quo magis accedo: propriora q; littora fiunt.
Quoq; minus reſtat plus libet ire mihi.

Mores h; puella mea diuinos nec talis pulchritudo poſſet ei cōtingere niſi eēt dea.

Cū loca aſperi vbi conſiſtis arguet vires memoria foelicitatis futuræ.

Cum vero poſſum cerni quoqꝫ: protinus addis
Spectatrix animos: vt valeamqꝫ facis.
Tunc etiam nando dominę placuiſſe laboro:
Atqꝫ oculis iactu brachia noſtra tuis.
Te tua vix prohibet nutrix deſcendere in altum:
Hoc etenim vidi: nec mihi verba dabas.
Nec tamen effecit: q̄uis retinebat euntem:
Ne fieret prima pes tuus vdus aqua.
Excipis amplexu: feliciaqꝫ oſcula iungis:
Oſcula dijs magnis trans mare digna peti:
Deqꝫ tuis dēptos humeris mihi tradis amictus:
Et madidam ſiccas equoris imbre comam:
Cetera nox: ⁊ nos: ⁊ turris conſcia nouit:
Quodqꝫ mihi monſtrat per vada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis:
Helleſpontiaci q̄ maris alga poteſt.
Quo breuiꝰ ſpacium nobis ad ſurta dabatur.
Hoc magis eſt cautum: ne ſorte illud iners
Iamqꝫ ſugatura Tithoni coniuge noctem:
Preuius aurorę Luciſer ortus erat.
Oſcula cõgerimus properata ſine ordine raptim:
Et querimur paruas noctibus eſſe moras:
Atqꝫ ita contactus monitu nutricis amarę
Frigida deſerta littora turre peto:
Digredimur flẽtes: repetoqꝫ ego virginis equor
Reſpiciens dominam: dum licet: vſqꝫ meam.
Si qua fides vero eſt: veniens huc eſſe natator:
Cum redeo. videor naufragus eſſe mihi.
Hoc quoqꝫ (ſi credis) ad te via prona videtur.
A te cum redeo: cliuus inertis aquę.
Inuitus patriam repeto: quis credere poſſet?
Inuitus certe nunc moror vrbe mea.
Hei mihi cur animis iuncti: ſecernimur vndis?

Blanditias ac adulationes oſtendit quas puella faciebat qñ ad littus applicuerat.

Dicit gaudia illius noctis eẽ innumerabilia.

Tanta eſt vis amoris vt natura verti videat̃.

Unaq̃ʒ mens tellus non habet vna duos?
Uel tua me Seſtos: vel te mea ſumat Abydos:
Tam tua terra mihi: q̃ʒ tibi noſtra placet.
Cur ego confundor: quoties confunditur equor?
Cur mihi cauſa leuis ventus obeſſe poteſt?
Jam noſtro curui norunt delphines amores:
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Jam patet attritus ſolitarum limes aquarum:
Non aliter multa q̃ʒ via preſſa rota.
Quod mihi non eſſet: niſi ſic iterate: querebar:
At nunc per ventos hoc quoq̃ʒ deeſſe queror.
Fluctibus imodicis Athamãtidos equora canẽt:
Uixq̃ʒ manet portu tua carina ſuo.
Hoc more cum primuʒ de virgine nomina merſa:
Que tenet: eſt nactum: tale fuiſſe puto.
Et ſatis admiſſa locus hic infamis ab Helle eſt:
Utq̃ʒ mihi parcat: crimine nomen habet.
Inuideo Phryxo: quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero velle vexit ouis.
Nec tamen officium pecoris nauiſq̃ʒ requiro:
Dũmodo quas ſcindam corpore dentur aque.
Arte egeo nulla: detur modo copia nandi:
Idem nauigium nauita vector ero.
Nec ſequar aut Elicen. aut qua Tyrus vtit̃: Actõ.
Publica non curat ſydera noſter amor.
Andromeden alius ſpectet claramq̃ʒ coronam
Queq̃ʒ micat gelido Parrhaſis Urſa polo.
At mihi qđ Perſeus: ⁊ cum Joue liber amarũt:
Judicium dubie non placet eſſe vie.
Eſt aliud lumen multo mihi certius iſtis:
Non erit in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dum ſpectẽ. Colchos atq̃ʒ vltima ponti:
Quaq̃ʒ viam fecit theſſala pupis: eam:

uſpiratio hec ſumit a loci diuerſitate cum ab amante diſcruderẽtur.

Auget hiperbolem ſimilitudine.

Et iuuenem poſitum ſuperare Palemona mando:
Miraqʒ quem ſubito reddidit herba deum.
Sepe per aſſiduos languent mea brachia motus:
Vixqʒ per immenſas feſſa trahuntur aquas.
His ego cum dixi pretium non vile laboris.
Iam dominę vobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent: atqʒ ad ſua pręmia tendunt
Vt celer eleo carcere miſſus equus:
Ipſe meos igitur ſeruo: quibus vror amores:
Teqʒ magis cęlo digna puella ſequor.

Nam ſicut alij nauigando ſequunt᷑ ſydera ipſe autē ſequitur hero ꝙ̄ nauigando ei⁹ vires ſufficit.

Digna quidem cęlo: ſed adhuc tellure morare?
Aut dic: ad ſuperos hinc mihi qua ſit iter?
Hinc eſt: ꝙ raro miſero contingit amanti:
Cumqʒ mea fiunt turbide mente freta.
Quid mihi: ꝙ lato non ſeparor ęquore prodeſt?
Non minus hęc nobis tam breuis obſtat aqua:
Num malim: dubito: toto procul orbe remotus
Cum domina longe ſpem quoqʒ habere meam
Quo propius nunc es: flamma propiore caleſco.
Et res non ſemper: ſpes mihi ſemper adeſt.
Pene manu: quod amo: tanta eſt vicina: tango.
Sepe: ſed heu lachrymas hoc mihi pene mouet.

Vellē in extremo orbe morari dūmodo her⁹ cōſuetudine pariter.

Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma?
Spemqʒ ſuo refugi fluminis ore ſequi?
Ergo te nunqʒ: niſi cum volet vnda tenebo?
Et me felicem nulla videbit hyems?
Cumqʒ minus firmum nil ſit: ꝙ̄ ventus ⁊ vnda:
In ventis ⁊ aqua ſpes mea ſemper erit?
Eſtus adhuc tamen eſt. qd cuʒ mihi leſerit ęquor
Pleias ⁊ Arctophylax Oleniumqʒ pecus?
Aut ego non noui ꝙ̄ ſim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoqʒ mittit amor.
Neue putes id me. quod abeſt promittere tēpus

Statuit cōſilium ſuum ab audacia.

Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Si tumidum paucis etiam nunc noctibus equor:
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi contigerit felix audacia ſaluo:
Aut mors ſolliciti finis amoris erit.
Optabo tamen vt partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim tactuqꝫ meum dignabere corpus.
Et mortis: dices: huic ego cauſa fui.

Aut moriar aut p audacia; aduerſa numina ſuperabo.

Scilicet interius offenderis omine noſtri:
Litteraqꝫ inuiſa eſt hac mea parte tibi.
Deſine parte queri: ſed vt ⁊ mare finiat iram.
Accendant queſo fac tua vota meis.
Parce breui nobis opus eſt: dum tranſferor iſtuc.
Cum tua contigero littora: preſtet hyems.
Illic eſt aptum noſtre nauale carine:
Et melius nulla ſtet mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas: vbi dulce morari eſt:
Tunc piger ad nandum: tunc ego cautus ero.

Transferor In alijs vero eſt transfretor.

Nec faciam ſurdis conuitia fluctibus vlla.
Triſte nataturo nec querar eſſe fretum:
Me pariter venti teneant: pariterqꝫ lacerti:
Per cauſas iſtic impediatqꝫ duas.
Cum patietur hyems: remis ego corporis vtar:
Lumen in aſpectu tu modo ſemper habe.
Interea pro me pernoctet epiſtola tecum:
Quam precor vt minima perſequar ipſe mora.

HERO LEANDRO.

¶ Hero epiſtole Leandri reſpondens dicit ſe deteriorem eſſe conditione quam Leander: quia ⁊ ſi pares ſint amore multis tamen de cauſis ipſa minus poteſt amori reſiſtere: oſtendit quam ſincero ⁊ continuo amore eum amet. cum dicit ſe cupidam vt Leander ad ſe veniat: hortatur tamē vt diligenter aduertat ne ſe periculis obiiciat: ne ſi moriatur ſit etiā cauſa mortis ipſius. in ſine dicit ſe terreri viſo quoddā qd ei in ſomno apparuit de morte cuiuſdam delphinis.

Leādre. fortaſſis ſcribē-dū de more græcoꝝ pꝛi-ma ꝓducta.

Q Uam mihi miſiſti verbis Leandre ſalutem
Ut poſſim miſſam rebus habere veni.
Longa moꝛa eſt nobis omnis: que gaudia differt.
Da veniam faſſe: non patienter amo.
Urimur igne pari: ſed ſum tibi viribus impar.
Foꝛtius ingenium ſuſpicoꝛ eſſe viris.
Ut coꝛpus teneris: ſic mens infirma puellis.
Deficiam: parui tempoꝛis adde moꝛam.
Uos modo venando: modo rus geniale colendo:
Ponitis in varia tempoꝛa longa moꝛa.
Aut foꝛa vos retinent: aut vnctę dona paleſtrę:
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc volucrē laqueo: nūc piſcem ducitis hamo:
Diluitur poſito ſerioꝛ hoꝛa mero.
His mihi ſubmotis: vel ſi minus acriter vrar.
Quid faciam? ſupereſt pꝛęter amare nihil.
Quod ſupereſt facio: teq; o mea ſola voluptas:
Plus quoq; q̄ꝫ credi quod mihi poſſit amo.
Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro:
Quęq; tuum miroꝛ: cauſa moꝛętur iter.
Aut mare pꝛoſpiciens odioſo concita vento.
Coꝛripio verbis ęquoꝛa ſępe tuis.
Aut vbi ſeuitiam paulum grauis vnda remiſit.
Poſſe quidem: ſed te nolle venire: queroꝛ.
Dūq; queroꝛ: lachꝛymę ꝑ amātia lumina manant:
Pollice quas tremulo conſcia ſiccat anus.
Sępe tui ſpecto ſi ſint in littoꝛe paſſus:
Impoſitas tanq̄ꝫ ſeruet harena notas.
Ut rogem de te: ⁊ ſcribam tibi ſi quis Abydo
Uenerit: aut quęro ſi quis Abydon eat.
Quid referam quoties do veſtibus oſcula: quas tu
Heleſpontiaca ponis iturus aqua?
Sic vbi lux acta eſt: ⁊ noctis amicioꝛ hoꝛa:

Exibuit pulſa ſydera clara die.
Protinus in ſumma vigilantia lumina turre.
Protinus aſſuetę ſigna notaſqʒ vię.
Tortaqʒ verſato ducentes ſtamina fuſo.
Feminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longo tempore: quęris:
Nil niſi Leandri nomen in ore meo eſt.
Jam ne putas exiſſe domo mea gaudia nutrix.
An vigilant omnes: ⁊ timet ille ſuos?
Jam ne ſuis humeris illum deponere veſtes?
Tingere iam pingui Pallade membra putas?

Quã ſolicita ſit d amore Leandri oſtendit cū nõ ceſſet regrere a nutrice ſi veniet. Ille ſuos ali as patrem.

Annuit illa fere non noſtra quod oſcula curet:
Sed mouet obrepens ſomnus anile caput.
Poſtq̄ʒ morę minimum iam certe nauigat inquã:
Lentaqʒ dimotis brachia iactat aquis.
Paucaqʒ cum tacta perfecti ſtamina terra.
An medio poſſis quęrimus eſſe freto.
Et modo proſpicimus: timida modo voce p̄camur
Ut tibi det faciles vtilis aura vias:
Auribus interdum voces captamus: ⁊ omnem
Aduentus ſtrepitum credimus eſſe tui.
Sic vbi deceptę pars eſt mihi maxima noctis
Acta ſubit furtim lumina feſſa ſopor.
Forſitan inuitis mecum tamen improbe dormis:
Et q̄uis non vis ipſe venire: venis.
Nam modo te videor prope iam ſpectare natantē:

Contumelia apta a mantibus.

Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare quę ſoleo madidis velamina mēbris:
Pectora nunc iuncto noſtra fouere ſinu.
Multaqʒ pręterea lingua reticenda modeſta:
Quę feciſſe iuuat: facta referre pudet.
Me miſeram breuis eſt hęc ⁊ non vera voluptas:
Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.

Multa iter amãtes fieri quæ nõ honeſta ſunt referri.

Firmius o cupidi tandem coeamus amantes:
Nec careant vera gaudia noſtra fide.
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties a me lente natator abes?
Eſt mare (confiteor) non dum tractabile nantis
Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.
Cur ea pręterita eſt? cur non ventura timebas?
Tam bona cur perijt: nec tibi rapta via eſt.
Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus.
Hoc melior certe quo prior illa fuit:
At cito mutata eſt iactati forma profundi.
Tempore: cum properas: ſepe minore venis.
Hic puto deprenſus: nil quod quereris haberes
Neqꝫ tibi amplexo nulla noceret hyems.
Ferte ego tunc ventos audirem lęta ſonantes:
Et nunqꝫ placidas eſſe precarer aquas.

Locus ꝑter ſpem ſuſpitionis ſunt ſemina.

Quid tamen euenit: cur ſis metuentior vndę?
Contemptumqꝫ prius: nunc vereare fretum.
Nam memini: cum te ſeuum veniente minarqꝫ
Non minus: aut multo non minus: ęquor erat.
Cum tibi clamabam. ſic tu temerarius eſto:
Ne miserę virtus ſit tua flenda mihi.
Vnde nouus timor hic? quoqꝫ illa audacia fugit?
Magnus vbi eſt ſpretis ille natator aquis.
Sis tamē hoc potius: qꝫ quod prius eſſe ſolebas:
Et facias placidum per mare tutus iter.

Tranſlatio a langueſcēte igne qui i cinerē euaneſcit.

Dum modo ſis idem: dū ſic: vt ſcribis: amemur:
Flammaqꝫ non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam ventos timeo mea vota morantes.
Quam ſimilis vento ne tuus erret amor.
Et ne ſim tanti: ſuperentqꝫ pericula cauſam.
Et videar merces eſſe labore minor.
Interdum metuo: patria ne lędar: ⁊ impar

Dicar abydeno Seſta puella thoro.
Ferre tamen poſſum patientius omnia: q̄ ſi
Occia neſcio qua pellice captus agas:
In tua ſi veniant alieni colla lacerti:
Sitq; nouus noſtri finis amoris amor.
At potius peream: q̄ crimine vulnerer iſto:
Fataq; ſint culpa noſtra priora tua.
Nec quia venturi dederis mihi ſigna doloris:
Hec loquor: aut fama ſollicitata noua:
Omnia ſed vereor. quis enim ſecurus amauit:
Cogit ⁊ abſentes multa timere locus.
Felices illas: ſua quas preſentia noſſe
Crimina vera iuuat: falſa timere vetat.
Nos tam vana mouet: q̄ facta iniuria fallit:
Incitat ⁊ morſus error vterq; pares.
O vtinam venias: aut hic ventus vt pater ve:
Cauſaq; ſit certa femina nulla more.
Quod ſi quam ſciero: moriar mihi crede: dolendo
Jam dudum peccas: ſi mea fata petis.
Sed neq; peccabis: fruſtraq; ego terreor iſtis:
Quod minus venias: inuidia pugnat hyems.
Me miſeram: quanto planguntur littora fluctu:
Et latet obſcura condita nube dies.
Forſitan ad pontum mater pia venerit Helles:
Merſaq; turbatis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiſo priuigne nomine dictum
Uerat in equoream verſa nouerca deam
Non fauet: vt nunc eſt teneris locus iſte puellis.
Hac Helle perijt: hac ego ledor aqua.
At tibi flammarum memori Neptune tuarum
Nullus erat ventis impediendus amor.
Si neq; Amymone: nec laudatiſſima forma
Criminis eſt Tyro fabula vana tui.
Lucidaq; Alcyone: Ceyceq; ⁊ Alimone nata:

Quaſi dicat vtinam moriar prius q̄ hoc faciam.

Felices ſunt que in eodē loco ſūt vbi amatores.

Nephale mr̄ hellis.

Cōuertit ſermonē ad neptunū quod memor ſuorum amorū non oz amātibus aduerſari.

Et nondum nexis angue meduſa comis:
Flauaqꝫ Laodice: cęloqꝫ recepta Celeno:
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certe pluresqꝫ canunt Neptune poetę
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris
Aſſuetum nobis turbine lędis iter?
Parce ferox: latoqꝫ mari tua pręlia miſce:
Seducit terras hęc breuis vnda duas.
Te decet aut magnas magnum iactare carinas:
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.
Turpe deo pelagi iuuenem terrere natantem:
Gloriaqꝫ eſt ſtagno quodlibet iſta minor.
Nobilis ille quidem eſt ⁊ clarus origine: ſed non

Suſpecto. aliĳ deſpecto

A tibi ſuſpecto ducit Vlyſſe genus.
Da veniam: ſeruaqꝫ duos: natat ille: ſed iĳſdem
Corpus Leandri ſpes mea pendet aquis.

Ex q̃rimonia ad demõſtrationẽ redit.

Interea lumen: poſito nam ſcribimus illo:
Perſtrepti: ⁊ nobis proſpera ſigna dedit.
Ecce merum nutrix fauſtos deſtilat in ignes:
Cras erimus plures: inquit: ⁊ ipſa bibit.

Audendum eſt fores ad iuuat ipſa venus tibull⁹.

Effice nos plures euicte per equora vectus
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua caſtra redi ſocii deſertor amoris:
Ponuntur medio cur mea membra thoro?
Quod timeas non eſt: auſo Venus ipſa fauebit:
Sternet ⁊ ęquoreas ęquore nata vias.
Ire libet medias ipſi mihi ſepe per vndas:
Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum.

Exẽplo mõſtrat heleſpõtum ſeruire ſui puellas.

Nam cur hoc vectis Phryxo phryxiqꝫ ſorore
Sola dedit vaſtis fęmina nomen aquis?
Forſitan ad reditum metuis: ne robora deſint.
Aut nequeas gemini ferre laboris onus.

Rñſio eſt.

At nos diuerſi medium cęamus in ęquor.

Obuiaqꝫ in ſummis oſcula demus aquis.
Atqꝫ ita quiſqꝫ ſuas iterum redeamus ad vrbes:
Exiguum ſed plus q̄ȝ nihil illud erit.
Uel pudor hic vtinam: qui nos tam cogit amare:
Uel timidus famę cędere vellet amor.
Nunc male res iunctę calor: ⁊ reuerentia pugnāt
Quid ſequar in dubio eſt. hęc decet. ille iuuat.

Non bene iungunt̄ nec in vna ſede morantur maieſtas ⁊ amor.

Ut ſemel intrauit Colchos Pegaſęus Jaſon:
Impoſitam celeri ⁊ Phaſida puppe tulit.
Ut ſemel Idęus lacedęmona venit adulter.
Cum prędа rediјt protinus ille ſua.
Tu quā ſępe petis: qđ amas: tam ſępe relinquis
Et quoties graue ſit puppibus ire natas.
Sic tamen o iuuenis tumidarum victor aquarum
Sic facito ſpernas: vt vereare fretum.
Arte laboratę merguntur in ęquore puppes.
Tu tua plus remis brachia poſſe putas:
Quod cupis hoc nautę metuent Leandre natare
Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet.
Me miſeram cupio non perſuadere quod hortor:
Siſqꝫ precor monitis fortior ipſe meis.
Dum modo peruenias: excuſſaqꝫ ſępe per vndas:
Injcias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi ceruleas quoties obuerſor ad vndas.
Neſcio quid pauidum frigore pectus habet.
Nec minus heſternę confundor imagine noctis:

Id erat ſubmerſi Leandri p̄ſagium Alij legūt pectora frigus habet.

Quamuis eſt ſacris illa piata meis.
Namqꝫ ſub aurora iam dormitante lucerna:
Somnia quo cerni tempore vera ſolent.
Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis
Collaqꝫ puluino noſtra ferenda dedi.
Hac ego ventoſas nantem delphina per vndas
Cernere non dubita ſum mihi viſa fide.
Quem poſtq̄ȝ bibulis iniecit fluctus harenis:

Delphinus mortuus.

Unda ſimul miſerum vitaq(ue) deſeruit.
Quicquid ideſt timeo: nec tu mea ſomnia ride:
Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis: dilecte parce puellę:
Quę nunq(uam): niſi te ſoſpite ſoſpes erit.
Spes tamen eſt fractis vicinę pacis in vndis.
Tu placidas toto pectore ſcinde vias.
Interea quoniam nanti freta peruia non ſunt:
Leniat inuiſas littera miſſa moras.

Quod hẽat ſuipſiue reſpectum.

ACONTIVS CYDIPPE.

¶ Acontius iuuenis amore Cydippes puellæ accenſus quam propter generis imparilitatem non auderet a patre in vxorem petere: inuenit fraudem qua illam ſibi obligaret coniugio: nam in pulcherrimo pomo ſcripſit hos verſus: Iuro tibi ſane per miſtica ſacra dianæ. Me tibi venturam comitem ſponſamq(ue) futuram. Et hoc pomum in templo dianæ ad pedes Cydippes proiecit: quo accepto illa legit verſus: & inſcia iurauit cum tamen propoſitum nec intentionem haberet iurandi & promittendi Acontio: poſtea cum per parentes huius rei inſcios alteri viro deſponſata eſſet ſubita febre correpta eſt: quã cum vehementer vexaretur Acontius hac epiſtola conatur perſuadere hunc morbum a diana miſſum eſſe propter periurium & fidem non obſeruatam: adhuc eq(ue) in odium eum cui deſpõſata fuerat dicens: omnem egritudinem & periculum vitæ ei accidere illius cauſa: quem ſi omiſerit pollicetur q(uod) liberabitur.

Pone metum: nihil iterum iurabis amanti:
Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Perlege, diſcedat ſic corpore longor ab iſto:
Qui meus eſt vlla parte dolente dolor.
Quid pudor ante ſubit: nam ſicut in ęde Dianę
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.
Coniugium pactamq(ue) fide: non crimina poſco:
Debitus vt coniux: non vt adulter amo.
Uerba licet repetas: quę demptus ab arbore fetus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus
Inuenies illic id te ſpondere: quod opto:
Te potius virgo q(uam) meminiſſe deam:
Nunc quoq(ue) idem timeo: ſed idẽ tamẽ acrius illud
Aſſumpſit vires auctaq(ue) flamma mora eſt.

Quiſq3 fuit nunq3 paruus vel tempore longo:
Ex ſpe quam dederes tu mihi: creſcit amor.
Spē mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ardor
Non potes hoc factum teſte negare Dea.
Adfuit: & pręſens vt erat: tua verba notauit:
Et viſa eſt mota dicta tuliſſe coma.
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit: — Diluit crimen.
Dum fraudis noſtrę cauſa feratur amor.
Fraus mea quid petijt: niſi quod tibi iungerer vni?
Id me quod quereris conciliare poteſt.
Non ego natura: nec ſum tam callidus vſu:
Solertem tu me (crede) puella facis.
Te mi compoſitis: ſi quid tamen egimus arte:
Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia verbis: — Nō eſt fraus velle tenere ꝙ amaſti.
Conſultoq3 fui iuris amore vafer.
Sit fraus huic facto nomen: dicarq3 doloſus:
Si tamen eſt: quod ames velle tenere: dolus.
En iterum ſcribo: mittoq3 rogantia verba.
Altera fraus hęc eſt: quoq3 queraris habes:
Si noceo: ꝙ amo: fateor: ſine fine nocebo:
Teq3 petam: caueas tu licet: ipſe petam.
Per gladios alijs placidas rapuere puellas. — A maiori eſt ſuā facit honeſtam.
Scripta mihi caute littera crimen erit.
Dij faciant poſſim plures imponere nodos.
Ut tua ſit nulla libera parte fides.
Mille modi reſtant: cliuo ſudamus in vno. — In vno. alij legūt in iſto.
Ardor inexpertum nil ſinet eſſe meus.
Sit dubium: poſſis ne capi: captabere certe:
Exitus in dijs eſt: ſed capiere tamen.
Ut partem effugias non omnia retia falles:
Quę tibi: q̄3 credis: plura tetendit amor.
Si non proficient artes: veniemus ad arma:
Inq3 tui cupido rapta ferere ſinu.

Non ſum qui ſoleam Paridis reprehēdere factū
 Nec quemq̄z: qui vir poſſet vt eſſe: fuit.

Occurrit obiectioni.

Nos quoqz (ſed taceo) mors huius pena rapine
 Ut ſit: erit: q̄z te non habuiſſe: minor.
Aut eſſes formoſa minus: paterere modeſte:
 Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc oculiqz tui: quibus ignea cedunt
 Sydera: qui flamme cauſa fuere mee.

Enumerat oīa ea q̄ ſinpulerūt illud ad amādū.

Hoc faciunt flaui crines ⁊ eburnea ceruix:
 Quaſqz: precor veniant in mea colla manus.
Et decor ⁊ vultus ſine ruſticitate pudentes.
 Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.

Cydippem.

Cetera ſi poſſem laudare. beatior eſſem:
 Nec dubito totum quin tua pars ſit opus.
Hanc ego compulſus (non eſt mirabile) forma.
 Si pignus volui vocis habere tue.
Deniqz dum captam tu te cogare fateri:
 Inſidijs eſto capta puella meis.
Inuidiam patiar: paſſo ſua premia dentur.
 Cur ſuus a tanto crimine fractus abeſt?
Heſionem Telamon: Briſeida cepit Achilles:
 Utraqz victorem nempe ſecuta ſuum.

Scribit; exēpla qđ ſicut dn̄ illā cepiſſe ita eaz dz habere.

Quemlibet accuſes: ⁊ ſis irata licebit:
 Irata liceat dum mihi poſſe frui.
Idem qui facinus: factam tenuabimus iram.
 Sit modo placande copia parua tui.
Ante duos flentem liceat conſiſtere vultus.
 Et liceat lachrymis addere verba meis.

Liceat vt veniā ante cōſpectū tuum ⁊ poſſim flēdo te rogaſ.

Utqz ſolent famuli: cum verbera ſeua verentur:
 Tendere ſubmiſſas ſub tua crura manus.
Ignoras. tua iura voca: cur auguror abſens?
 Jam dudum domine more venire iube.
Ipſa meos ſcindas licet imperioſa capillos.
 Oraqz ſint digitis liuida facta tuis.

Omnia perpetiar: tantum fortaſſe timebo:
Corpore lędatur ne manus iſta meo.
Sed neqȝ compedibus: nec me cõpeſce cathenis:
Seruabor firmo vinctus amore tui.
Cum bene ſe: quantumqȝ volet. ſatiauerit ira:
Ipſa tibi dices: q̃ꝫ patienter amat.
Ipſa tibi dices: cum videris omnia ferre.
Jam bene qui ſeruit: ſeruiat iſte mihi.
Cur reus infęlix abſens agor? ⁊ mea cum ſit
Optima: non vllo cauſa tuente perit.
Hoc quod amor iuſſit ſcriptum eſt iniuria noſtri:
Quod de me ſolum nempe queraris habes.
Non meruit falli mecum quoqȝ Delia: ſi non
Vis mihi promiſſum reddere: redde deę.
Affuit. ⁊ vidit cum tu decepta rudebas:
Et vocem memori condidit aure tuam:
Omnia te careant: nihil eſt violentius illa:
Cum ſua quę nolit numina lęſa videt.
Teſtis erit Calydonis aper (nam ſcimus) vt illo
Sit magis in natum ſęua reperta parens.
Teſtis ⁊ Actęon: quoniam fera creditus illis:
Ipſe dedit lęto cum quibus ante feras.
Queqȝ ſuperba parens ſaxo per corpus aborto.
Nunc quoqȝ migdonia flebilis aſtat humo.
Hei mihi Cydippe timeo tibi dicere verum:
Ne videar cauſa falſa mouere mea:
Dicendum tamẽ eſt: hoc eſt (mihi crede) ꝙ egra
Ipſo nubendi tempore ſepe iaces.
Conſulit ipſa tibi: neu ſis periura laborar.
Et ſaluam ſalua te cupit eſſe fide.
Inde fit vt quoties exiſtere perfida tentas:
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animoſę virginis arcus:
Mitis adhuc fieri: ſi patiare poteſt.

Licet in me ſeuias omnia paſſurus ſum.

Fatetur crimẽ ꝙ amor abſoluit.

Suaſio a Dianæ authoritate ꝙ leua fuit in delinquẽtes cõtra ſua numina.

Exiſtere in nõnullis obſiſtere i ali⁹ inſiſtere legitur.

Parce precor teneros corrũpere febribus artus.
Hortatur ne ſeruet veã. Seruetur facies iſta fruenda mihi.
Seruentur vultus ad noſtra incendia nati:
Lenis in q̃buſdã eſt leuis. Quiqꝫ ſubeſt niueo lenis in ore rubor.
Hoſtibus ⁊ ſiquis ne fias noſtra repugnat:
Sic ſit: vt inualida te ſolet eſſe mihi.
Torqueor ex ęquo vel te nubente. vel ęgra:
Dicere non poſſum ꝙ minus eſſe velim.
Maceror interdum: quia ſim tibi cauſa doloris.
Teqꝫ mea ledi calliditate puto.
Inqꝫ caput noſtrum dominę periuria quęſo
Eueniant: pęna tota ſit illa mea.
Nec tamen ignorem quid agas ad limina tendo:
Anxius huc illuc diſſimulanter eo.
Subſequor ancillam furtim: famulumqꝫ requiro:
Profuerint ſomni quid tibi: quidue cibi.
Dolet ꝙ nõ ſit miniſter ei⁹ vt poſſit eã tãgere ⁊ adire ⁊ ei⁹ toro aſſiſtere. Me miſerum. ꝙ non medicorum iuſſa miniſtro:
Effingoqꝫ manus: inſidioqꝫ thoro.
Et rurſus miſerum. ꝙ me procul inde remoui:
Quod minime vellem: forſan ⁊ alter adeſt.
Ille manus iſtas aſtringit: ⁊ aſſidet ęgrę
Inuiſus ſuperis cum ſuperiſqꝫ mihi.
Dumqꝫ ſuo tentat ſalientem pollice venam:
Candida per cauſam brachia ſępe tenet.
Contractatqꝫ ſinus: ⁊ forſitan oſcula iungit.
Officio merces plenior iſta ſuo eſt.
Percepere in nonnullis decepere: in aliis ꝑcerpere legitur. Quis tibi permiſit noſtras percepere meſſes?
Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?
Ille ſinus meus eſt: mea turpiter oſcula ſumis:
A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle manus: quã tãgis: noſtra futura eſt
Poſt modo: ſi facies iſtud: adulter eris:
Elige de vacuis: quam non ſibi vindicet alter.
Si neſcis: dominum res habet iſta ſuum:

Nec mihi credideris:recitetur formula pacti:
Neu falſam dicas eſſe:fac ipſe legat.
Alterius thalamo tibi nos tibi dicimus exi:
Quid facis? hinc exi:non vacat iſte torus.
Nam qđ habes: ⁊ tu humani verba altera pacti
Non erit iccirco par tua cauſa meę.
Hęc mihi ſi pepigit:pater:hanc tibi primus ab illa
Sed propior:certe q̃ꝫ pater:ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc:hęc ⁊ iurauit amanti:
Ille homines:hęc eſt teſtificata Deam.
Hic metuit mendax:ſed ⁊ hęc periura vocari
Num dubitas.hic ſit maior an ille metus?
Deniqꝫ vt amborum conferre pericula poſſis
Reſpice ad euentus:hęc cubat ille valet.
Nos quoqꝫ diſſimili certamina mente ſubimus:
Nec ſpes par nobis:nec timor ęquus adeſt.
Tu petis ex tuto:grauior mihi morte repulſa eſt:
Idqꝫ ego:quod iam tu forſan amabis:amo.
Si tibi iuſtitię:ſi recti cura fuiſſet:
Credere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ſerus hic pro cauſa pugnat iniqua
Ad quid Cydippe littera noſtra redit?
Hic facit:vt iaceas: ⁊ ſis ſuſpecta Dianę.
Nunc tu(ſi ſapias)limen adire vetes.
Hoc faciente ſubis tam ſęua pericula vitę:
Atqꝫ vtinam pro te qui mouet ille cadat.
Quem ſi repuleris:nec quem Dea dãnat:amaris:
Et tu continuo:certe ego ſaluus ero.
Siſte metum virgo:ſtabili potiere ſalute.
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Non boue mactato cęleſtia numina gaudent:
Sed quę pręſtanda eſt ⁊ ſine teſte:fide.
Vt valiant alię ferrum patiuntur ⁊ ignes:
Fert alijs triſtem ſuccus amarus opem.

Refellit aduerſarij iura per cõtentionem pactuꝫ inqt quo arguis Cydippem eſſe tuã eſt ab homine meũ vero eſt diuinuꝫ.

Adducit in odium.

Sententia.

Nil opus eſt iſtis: tantum periuria vita:
Teqꝫ ſimul ſerua meqꝫ datamqꝫ fidem.

Statꝰ venialis ab ignorantia ſumptus.

Preteritę veniam dabit ignorantia culpę:
Exciderant animo fędera lecta tuo.
Admonita es modo voce mea: cum caſibus iſtis
Quos quoties tentas fallere: ferre ſoles.
His quoqꝫ vitatis in partu nempe rogabis:
Ut tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hęc repetens: quę ſunt audita requiret
Ipſa: tibi de quo coniuge partus erat.
Promittes votum: ſcit te promittere falſo:
Iurabis ſic te fallere poſſe deos.
Non agitur de me: cura maiore laboro.
Anxia ſunt vitę pectora noſtra tuę.
Cur modo te dubij pauidam fleuere parentes?
Ignaros culpę quos facis eſſe tuę?
Et cur ignorant? matri licet omnia narres:
Nil tua Cydippe facta ruboris habent.
Ordine fac referas: vt ſis mihi cognita primum:
Sacra pharetratę dum facis ipſa Deę.

Cauſam breuiter enarrat vt acta ē in ede Dianæ.

Ut te conſpecta ſubito: ſi forte notaſti:
Reſtitimus fixis in tua membra genis.
Et te: dum nimium miror: nota certa furoris
Deciderint humero pallida lapſa meo.
Poſt modo neſcio qua veniſſe volubile malum
Uerba ferens doctis inſidioſa notis.
Quod quia ſit lectum ſancta pręſente Diana:
Eſſe tuam vinctam numine teſte fidem:
Nec tamen ignoret ſcripti ſententia quę ſit:
Lecta tibi quondam nunc quoqꝫ verba refert.
Nube precor dicet cui te bona numina iungunt.
Quem fore iuraſti: ſit gener ille mihi.
Quiſquis is eſt placeat: quoniā placet ante Dianę
Talis erit mater: ſi modo mater erit.

Si tamen ⁊ quęrat quis ſim: qualiſqꝫ videto:
Inueniet vobis conſuluiſſe deam:
Inſula Corycijs quõdam celeberrima nymphis.
Cingitur Aegeo nomine Cea mari.
Illa mihi patria eſt: nec ſi generoſa probaris.
Nomina: deſpectis arguor ortus auis.

Probaris. alij ꝓbatis
Cõmẽdatio a preſtantia patrię, quã dicit fuiſſe cultã a nymphis.
Cõmẽdatio ab opibus ⁊ vita.

Sunt ⁊ opes nobis: ſunt ⁊ ſine crimine mores:
Amplius vtqꝫ nihil me tibi iungat amor.
Appeteres talem vel non iurata maritum:
Iuratę vel non talis habendus erat.
Hęc tibi me in ſomnis iaculatrix ſcribere Phębe:
Hęc vbi me vigilans ſcribere iuſſit amor.
E quibus alterius mihi iam nocuere ſagittę:
Alterius noceant ne tibi tela caue.
Iuncta ſalus noſtra eſt: miſerere meiqꝫ tuiqꝫ.
Quid dubitas vnam ferre duobus opem:
Quod ſi contigerit cum iam data ſigna ſonabunt
Tinctaqꝫ votiuo ſanguine Delos erit.
Aurea ponetur mali felicis imago:
Cauſaqꝫ verſiculis ſcripta duobus erit.
Effigie pomi teſtatur Acontius huius:
Quę fuerint in ea ſcripta: fuiſſe rata.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus.
Clauſaqꝫ conſueto ſit tibi fine: vale.

CYDIPPE ACONTIO.

¶ Reſpondet Cydippe ſe pre timore non auſam fuiſſe legere epiſtolam Acontij verbis clare prolatis: ne iterum iuraret: ſicut quãdo legit pomũ: ⁊ dicit ſe fuiſſe in voluntate non legendi niſi ꝙ dubitauit ne Diana ma- gis iraſceretur ꝙ̃ aſſerit nimium fauere ipſi Acontio: cum equius eſſet ꝙ ſibi faueret: quia virgo deberet fauere virgini.

Pertimui: ſcriptũqꝫ tuum ſine murmure legi.
Iuraret ne quos inſcia lingua deos.
Et puto captaſſes iterum: niſi: vt ipſe fateris:
Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui: ſed ſi tibi dura fuiſſem:

Aucta foret ſeue forſitan ira deę.
Omnia cum faciam: cum dempia thura Dianę:
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Atq; cupis certe memori te vindicat ira:
Talis in Hyppolito vir fuit ille ſuo.
At melius virgo fauiſſet virginis annis:
Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi.
Languor enim cauſis non apparentibus hęret:
Adiuuor ⁊ nulla feſſa medentis ope.
Quam tibi nūc gracilem vix hęc reſcribere: q̄ꝫq;
Pallida vix cubito membra leuare putas.
Nunc timor accedit: nequis niſi conſcia nutrix
Colloquij nobis ſentiat eſſe vices.
Ante fores ſedet hęc: quid agā q; rogātibus inter:
Ut poſſim tuo ſcribere: dormit: ait.
Mox vbi ſecreti longi cauſa optima ſomnus
Credibilis tarda deſinit eſſe mora.
Jamq; venire videt: quos nō admittere durū eſt
Excreat ⁊ ficta dat tibi ſigna notas.
Sicut eram: properās verba imperfecta relinquo
Et tegitur trepido littera cauta ſinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quantus ſit nobis aſpicis ipſe labor.
Ero. alij ma-
lunt ⁊ lega-
tur ego.
Quę peream. ſi dignus eras: vt vera loquamur:
Sed melior iuſto: q̄ꝫq; mereris ero.
Ergo te propter toties incerta ſalutis:
Commentis pęnas doq; dediq; tuis:
Hęc nobis formę te laudatore ſuperbę
Contingit merces: ⁊ placuiſſe nocet.
Si tibi deformis (quod mallem) viſa fuiſſem:
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nunc me certamine ueſtro
Proditis: ⁊ proprio vulnerer ipſa bono.
Dum neq; tu credis: nec ſe putat ille ſecundum:

Tu votis optas illius: ille tuis.
Ipſa velut nauis iactor: quam certus in altum
Propellit boreas: ęſtus ⁊ vnda reſert.
Cumqꝫ dies caris optata parentibus inſtat:
Immodicus pariter corporis ardor ineſt:
Nec mihi coniugij tempus crudelis ⁊ ipſum
Nec mihi. aliter. Et mihi.
Perſephone noſtras pulſat acerba fores.
Nam pudet ⁊ timeo: q̃uis mihi conſcia non ſim:
Offenſos videar ne meruiſſe deos.
Accidere hoc aliquis caſu contendit: ⁊ alter
Acceptum ſuperis hunc negat eſſe virum.
Ne ve mihi credas in te quoqꝫ dicere famam.
Facta veneficijs pars putat iſta meis.
Cauſa latet: mala noſtra patent: vos pace mouetis
Aſpera ſummota pręlia: plector ego.
Dicam nunc. ſolitoqꝫ tibi me deſpice more:
Quid facies odio? ſic vbi amore noces:
Si lędis quod amas: hoſtem ſapienter amabis:
Me precor vt ſerues: perdere velle velis:
Aut tibi iam nulla eſt ſperatę cura puellę:
Quam ſerus indigna labe perire ſinis.
Aut dea ſi fruſtra pro me tibi ſęua rogatur:
Quid mihi te iactas? gratia nulla tua eſt:
Elige quid fingas: non vis placare dianam.
Immemor es noſtri: non potes illa tui eſt.
Vel nunq̃ malem. vel non mihi tempore in illo
Eſſet in ęgeis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficilis deducta eſt ęquora nauis:
Et fuit ad cęptas hora ſiniſtra vias.
Quo pede proceſſi? quo me pede limine moui?
Picta meę tetigi quo pede tecta ratis?
Bis tamen aduerſo redierunt carbaſa vento.
Mentior ah demens: ille ſecundus erat.
Ille ſecundus erat: qui me referebat euntem:

Quiqȝ parum felix impediebat iter.
Atqȝ vtinam conſtans contra mea vela fuiſſet:
Sed ſtultum eſt venti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam viſere Delum:
Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quam ſepe: vt tardis feci conuicia remis:
Queſtaqȝ ſum vento lintea parca dare.
Et iam tranſierã Myconẽ: iam Tenõ ⁊ Andron.
Inqȝ meis oculis candida: Delos erat:
Quam procul vt vidi. quid me fugis inſula dixi:
Laberis in magno nunquid vt ante mari:
Inſtiteram terrę cum iam prope luce peracta.
Demere purpureis ſol iuga vellet equis.
Quod idem ſolitos poſtq̄ȝ reuocauit ad ortus:
Comuntur noſtrę matre iubente comę
Ipſa dedit gemmas digitis: ⁊ crinibus aurum:
Et veſtes humeris induit ipſa meis.
Protinus egreſſę: ſuperis quibus inſula ſacra eſt:
Flaua ſalutaris thura merumqȝ damus.
Dum parens aras votiuo ſanguine tingit:
Feſtaqȝ fumoſis ingerit iſta focis.
Sedula me nutrix alias quoqȝ dulcis in ędes.
Erramuſqȝ vago per loca ſacra pede
Et modo porticibus ſpatior: modo munera regum
Miror: ⁊ in cunctis ſtantia ſigna locis.
Miror ⁊ innumeris ſtrictam de cornibus aram:
Et de qua pariens arbore nixa dea eſt.
Et quę preterea: neqȝ enim meminiqȝ libetue
Quicquid ibi vidi dicere: Delos habet.
Forſitan hęc ſpectans: a te ſpectabar Aconti:
Viſaqȝ ſimplicitas eſt mea poſſe capi.
In templum redeo gradibus ſublime Dianę.
Tutior hoc equis debuit eſſe locus:
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali

Hei mihi iuraui nunc quoqꝫ pęna tibi.
Suſtulit hoc coniux: mirataqꝫ: perlege dixit:
Inſidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugij dicto confuſa pudore.
Senſi me totis erubuiſſe genis.
Luminaqꝫ in gremio veluti defixa tenebam.
Lumina propoſiti facta miniſtra tibi.
Improbe quid gaudes: aut q̃ tibi gloria parta eſt?
Quid ve vir eleuſa virgine laudis habes?
Non eſt conſtiteram ſumpta peltata ſecure:
Qualis in iliaco Penteſilea ſolo
Nullus amazonio cęlatus balteus auro:
Sicut ab Hyppolito pręda relata tibi eſt.
Verba quid exultas: tua ſi mihi verba dederunt.
Sumqꝫ parum prudens capta puella dolis.
Cydippem pomum: pomum Ceneida cepit.
Tu nunc Hyppomenes ſcilicet alter eris.
At fuerat melius ſi te puer iſte tenebat:
Quem tu neſcio quas: dicis habere faces.
More boni ſolita ſpem non corrumpere fraude.
Exoranda tibi non capienda fui.
Cur cum me peteres ea non profitenda putabas:
Propter quę nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius q̃ꝫ perſuadere volebas?
Si poteram audita conditione capi.
Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?
Linguaqꝫ pręſentem teſtificata deam.
Quę iurat: mens eſt. nihil coniurauimus illa.
Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
Conſilium prudenſqꝫ animi ſententia iurat:
Et niſi iudicij vincula nulla valent:
Si tibi coniugium volui promittere noſtrum.
Exige polliciti debita iura tori.
Sed ſi nil dedimus pręter ſine pectore vocem:

Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes.
Non ego iuraui. legi iurantia verba.
Vir mihi non iſto more legendus eris.

SAPPHO PHAONI.

¶ Phaon in Siciliam diſceſſerat puella amoris ignibus incenſa ⁊ pla-
ne ardens cum ab illo ſe ſperni videret ſtatuit etiam capitis periculo ſu-
rorem lenire demiſſo corpore eleucade: ſed anteq̃ illuc accedat per incō-
ſtantiam muliebrem tentans q͂ deſperauerat: hac epiſtola euz reuocare
ſtudet: faciens abſenti inuidiam ſuæ cōditionis ⁊ calamitatis: quā omni-
bus incōmodis miſerabilem oſtendit: dum ⁊ voluptates oēs ſe abieciſſe
ſcribit Phaonis cauſa: in tanto dolore carmen nō ſuccurrere: ſe ludibrio
eſſe fratri: filiam paruā eſſe ſuperſtitē: deniq; oēs miſericordiæ angulos
excutit: non ſexus: non fortunæ mutatio: non habitus: nos rerū omnium
deſperatio: non quicquid miſericordiæ eſt ⁊ manet prætermittitur.

Nūqd. alij ecqd emēdarunt ſed placet lectio vetus.

Nunquid: vbi aſpecta eſt ſtudioſę lr̃a dextrę:
Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis?
An niſi legiſſes auctoris nomina Saphus:
Hoc breue neſcires vnde mouetur opus?
Forſitan ⁊ quare mea ſint alterna requiris
Carmina: quum lyricis ſim magis apta modis

Elegi quoq; quidā legunt. alij elegia ſcribunt. Affert rōnē quare a lyricis ad elegiā tranſierit.

Flendus amor meus eſt: elegia flebile carmen.
Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas.
Vror: vt indomitis ignem exercentibus euris
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager:
Arua phaon celebrat diuerſa Typhoidos ethnę:
Me calor ethnęo non minor igne tenet:

Ulla meas recte ēt illa legitur.

Nec mihi depoſitis iungam quę carmina neruis
Proueniunt: vacuę carmina mentis opus.

Nec mihi pirino. Alij pierides. alij vero ſic legūt. Nec mihi Pirrhiades methimniades ve. Amynthone. alij Anactorie.

Nec mihi Pyrino ſubeunt Mnais ve puellę:
Nec me Leſbyadum cętera turba iuuat.
Vilis Amynthone. vilis mihi candida Cydno.
Nec grata eſt oculis Atthis vt ante meis:
Atq; alię centum: quas hic ſine crimine amaui:
Improbe multarum quod fuit vnus habes.
Eſt in te facies: ſunt apti luſibus anni.
O facies oculis inſidioſa meis.
Sume fidem ⁊ pharetrā: fies manifeſtus Apollo.

Accedant capiti cornua: Bacchus eris.
Et Phębus Daphnē: & Gnoſida Bacchꝰ amauit
Nec norat lyricos illa vel illa modos.
At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant.
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcęus conſors patrię lyręqꝫ
Laudis habet: q̄uis grandius ille ſonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formę damna rependo meę.
Nec me deſpicias ſi ſum tibi corpore parua:
Menſuramqꝫ breuis nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum: placuit Cepheia Perſeo.
Andromade patrię fuſca colore ſuę.
Et varijs albę iunguntur ſępe columbę:
Et niger a viridi turtur amatur aue.
Si niſi quę facie poterit te digna videri:
Nulla futura tua eſt: nulla futura tua eſt.
At mecum legeres etiam formoſa videbar:
Unam iurabas vſqꝫ decere loqui.
Cantabam: memini. meminerunt omnia amantes:
Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hoc quoqꝫ laudabas: omniqꝫ a parte placebam:
Sed tunc pręcipue quum fit amoris opus.
Tunc te plus ſolito laſciuia noſtra iuuabat:
Crebraqꝫ mobilitas aptaqꝫ verba ioco.
Atqꝫ vbi iam amborum fuerat confuſa voluptas:
Plurimus in laſſo corpore languor erat.
Nunc vbi Sicelides veniunt noua pręda puellę.
Quid mihi cum leſbo: ſicelis eſſe volo.
Nec vos errorem tellure admittite noſtrum.
Niſiades matris ſicelideſqꝫ nurus.
Ne vos decipiant blandę mendacia linguę.
Quę dicit vobis: dixerat ante mihi.
Tu quoqꝫ quę īmites celebras Erycina Sicanos

Commēdat phaonem a pulchritudine & gratia. Oīa ſigillatim dſluit q̄ obijci pñt vt nō amaret alia exēplis defendit alia ratione contraria.

Ioco in nō nullis loco. Errorez alij erronem.

Admonet mulieres ſiculas ne i errorē labātur putātes mutatione ſoli phaonē eſſe ſui diſſimilez qr tā aptꝰ eſt ad decipienduz in ſicilia fuit in leſbo.

Immites. alij montes legunt.

Nam tua ſum: vati conſula diua tue.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem:
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo?
Sex mihi natales ierant: quum lecta parentis
Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.
Arſit inops frater victus meretricis amore:

Lacerat̄ fra trē ſuū Cha raxem.

Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops agilis peragit freta cęrula remo:
Quaſq; male amiſit nunc male quęrit opes.
Me quoq; ꝙ monui bene multa fideliter odit.
Hoc mihi libertas: hoc pia lingua dedit.
Et tanq̄ deſint quę me ſine fine fatigent.
Accumulat curas filia parua meas.
Ultima tu noſtris accedis cauſa querellis.
Non agitur vento noſtra carina ſuo.
Ecce iacent collo poſiti ſine lege capilli:
Nec premit articulos lucida gemma meos.

Arabo. Lectio vet' eſt arabum. Rore, aliis dona legit placet i. ē ſit non arabum noſter dona capillus olet.

Ueſte tegor vili: nullum eſt in crinibus aurum.
Non arabo noſter rore capillus olet.
Cui colar infelix? aut cui placuiſſe laborem?
Ille mei cultus vnicus author abeſt.
Molle meum leuibus cor eſt violabile telis
Et ſemper cauſa eſt cur ego ſemper amem.
Siue ita naſcenti legem dixere ſorores:
Et data ſunt vitę fila ſeuera meę:
Siue abeunt ſtudia in mores arteſq; magiſtras
Ingenium nobis molle Thalia dedit.
Quid mirum ſi me primę lanuginis ętas
Abſtulit? atq; anni quos vir amare poteſt?
Hunc ne pro Cephalo raperes aurora timebam:
Et faceres: ſed te prima rapina tenet.
Hunc ſi conſpiciat: quę conſpicit omnia Phębe:
Juſſus erit ſomnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cęlum curru vexiſſet eburno:

Sed videt ⁊ marti poſſe placere ſuo.
O nec adhuc iuuenis nec iam puer vtilis etas
O decus atqꝫ eui: gloria magna tui.
Huc ades: inqꝫ ſinus formoſo relabere noſtros.
Non vt ames oro: ſed ꝙ amare ſinas:
Scribimus: ⁊ lachrymis oculi rorantur obortis:
Aſpice ſit quantum multa littura loco.

Sed ꝙ alij verum vt.

Si tam certus eras hinc ire: modeſtius iſſes:
Et modo dixiſſes leſbi puella vale.
Non tecum lachrymas: non oſcula ſumma tuliſti
Deniqꝫ non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt niſi tantum iniuria: nec te
Admoneat ꝙ tu pignus amantis habes.
Non mandata dedi: neqꝫ enim mandata dediſſem
Ulla: niſi vt nolles immemor eſſe mei.

Admoneat alij admonuit legunt.

Per tibi qui nunꝗ̄ longe diſcedit amorem:
Perqꝫ nouem iuro numina noſtra deas.
Quom (mihi neſcio quis) fugiunt tua gaudia dixit
Nec me flere diu: nec potuiſſe loqui.

Oſtēdit que re munera diſcedētib⁹ amicis dari accipiqꝫ ſoleant.

Et lachryme deerant oculis: ⁊ lingua palato.
Aſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtꝗ̄ ſe dolor imminuit: mea pectora planxi:
Nec puduit ruptis exululare comis.
Non aliter ꝗ̄ ſi nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet: ⁊ e noſtro creſcit merore Charaxes
Frater ⁊ ante oculos itqꝫ reditqꝫ meos.

Cōparatiōnes doloris magnitudīe exprimit.

Utqꝫ pudenda mei videatur cauſa doloris:
Quid dolet hec? certe filia viuit ait.
Non veniunt in idē pudor atqꝫ amor: oē videbat
Uulgus: eram lacero pectus aperta ſinu.

Sententia.

Tu mihi cura Phaon te ſomnia noſtra reducunt:
Somnia formoſa candidiora die.
Illic te inuenio: ꝗ̄ꝗ̄ regionibus abſis:

Sed non longa ſatis gaudia ſomnus habet.
Sępe tuos noſtra ceruice onerare lacertos.
Sępe tuę videor ſuppoſuiſſe meos.
Oſcula cognoſco: quę tu committere lingua:
Aptaq; conſueras accipere: apta dare.
Blandior interdum: veriſq; ſimillima verba
Eloquor: & vigilant ſenſibus ora meis.
Ulterius pudet hic natare: ſed omnia fiunt:
Et iuuat: & ſine te non licet eſſe mihi.
At cum ſe Titan oſtendit: & omnia ſecum:
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror.
Antra nemuſq; peto tanq̄ nemus antraq; ꝓſint:
Conſcia delitijs illa fuere meis.
Illuc mentis inops: vt quam furialis Erichtho
Impulit: in collo crine iacente feror.

Vis amoris cogit fuere.

Antra vident oculi ſcabro pendentia topho:
Quę mihi migdonij marmoris inſtar erant.
Inuenio ſiluam: quę ſępe cubilia nobis.
Prębuit: & multa preſſit opaca coma.
Sed non inuenio ſiluę dominumq; meumq;.
Vile ſolum locus eſt: dos erat ille loci.
Cognoui preſſas noti mihi ceſpitis herbas:
De noſtro curuum pondere gramen erat.
Quin etiam rami poſitis lugere videntur
Frondibus: & millę dulce queruntur aues.
Incubui: tetigiq; locum: qua parte fuiſti:
Grata prius lachrymas combibit herba meas.
Sola virum non vlta prius męſtiſſima mater:
Concinit Iſmarium daulias ales Ityn.

Et, nulle legentium eſt nullæ.
Cōbibit. legē dum bibit.
Priꝰ. emēda pie.

Ales Ityn Sapphos miſeros decantat amores.
Hactenus & media cętera nocte ſilent:
Eſt nitidus: vitreoq; magis perlucidus amne
Fons ſacer: hunc multi numen habere putant.
Quem ſupra ramos extendit aquatica lothos.

Extendit in nōnullis ex-

Una nemus tenero ceſpite terra viret:
Hic ego quum feſſos poſuiſſem flebilis artus:
Formoſus puer eſt viſus adeſſe mihi.
Conſtitit: ⁊ dixit: quę nunc non ignibus ęquis:
Ureris: Ambracię terra petenda tibi eſt.
Phębus ab excelſo quantum patet aſpicit ęquor.
Actęum populi Leucadiumqꝫ vocant.
Hic ſe Deucalion pyrrhę ſuccenſus amore
Miſit: ⁊ illeſo corpore preſſit aquas.
Nec mora iuſſus amans tetigit lętiſſima Pyrrhę
Pectora Deucalion: igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altam
Leucada: nec ſaxo diſiluiſſe time.
Ut monuit cum voce abijt: ego territa ſurgo:
Nec grauidę lachrymas continuere genę.
Ibimus o nymphę monſtrataqꝫ ſaxa petemus.
Sit procul inſano victus amore timor:
Quicquid erit melius q̃ꝫ nunc erit: aura ſubito:
Et mea non magnum corpora pondus habent.
Tu quoqꝫ mollis amor pennas ſuppone cadenti
Ne ſim leucadię mortua crimen aquę.
Inde chelim phebo communia munera ponam:
Et ſub ea verſus vnus ⁊ alter erit.
Grata lyram poſuit tibi Phębe poetica Sapho.
Conuenit illa mihi: conuenit illa tibi.
Cur non actiacas miſeram me mittis ad horas:
Cum profugum poſſis ipſe referre pedem?
Tu mihi leucadia potes eſſe ſalubrior vnda:
Et formę meritis tu mihi Phębus eris.
An potes o ſcopulis vndaqꝫ ferocior illa
Si moriar titulum mortis habere meę?
Ah quanto melius iungi mea pectora tecum:
Quam poterant ſaxis precipitanda dari.
Hęc ſunt illa Phaon: quę tu laudare ſolebas:

pēdit in altū expandit recte omnia.
Formoſus vetus lectio hēt conſtitit ante oculos naias vna meos alia lectio añ oculos viſa eſt naias adeſſe meos.
Nec mora vetus lectio nec mora verſus amor fugit letiſſima merſi pectora.

Uult ſibi as nimari mortē quā poſt ponit p̄ſenti calamitati.
Poetica q dam poetris corrigunt.

Viſaqꝫ ſunt toties ingenioſa tibi.
Nunc vellem facunda forem: dolor artibus obſtat
Ingeniumqꝫ meis ſubſtitit omne malis.
Non mihi reſpondet veteres in carmina vires:
Plectra dolore tacent: muta dolore lyra eſt.
Leſbydes ęquoreę nupturę: nuptaqꝫ proles
Leſbides ęolia nomina dicta lyra:
Leſbides infamem quę me feciſtis amare:
Deſinite ad citharas turba venire meas.
Abſtulit omne Phaon quod vobis ante placebat
Me miſeram: dixi quem modo pene: meus
Efficite vt redeat. vates quoqꝫ veſtra redibit:
Ingenio vires ille dat. ille rapit
Hec qd ego? an p̄cibus pectus ne agreſte mouet?
An riget ⁊ zephyri verba caduca ferunt?
Qui mea verba ferunt vellem tua vela referrent:
Hoc te: ſi ſaperes: lente decebat opus
Siue redis: puppiqꝫ tuę votiua parantur
Munera: quid laceras pectora noſtra mora?
Solue ratem: venus orta mari mare pręſtat euntis
Aura dabit curſum: tu modo ſolue ratem:
Ipſe gubernabit reſidens in puppe cupido.
Ipſe dabit tenera vela legetqꝫ manu.
Siue iuuat longe fugiſſe pelaſgida Saphon:
(Non tamen inuenies cur ego digna fuga.)
O ſaltem miſerę crudelis epiſtola dicat.
Vt mihi leucadię fata petantur aquę.

Forem. Alij forent legūt.

Hac appellatione miſerationem mouet.

Hec qd ego. alia lectio. Et qd ago.

F I N I S.

¶ Ceterum quia ipſius poetę teſtimonio ex ſecundo amorum ad Marcum conſtat alias edidiſſe epiſtolas quę non habētur hoc in volumine: carmina ipſius adſcribenda duxi ne quid ad operis cōſummationem deſideret per humanus Lector.

Quod licet ⁊ partes teneri profitemur amoris
Hei mihi pręceptis vrgeor ipſe meis.
Et quod penelopes verbis reddatur vlyxi:
Scribimus: ⁊ lachrymas phylli relicta tuas:
Quod paris ⁊ machareus: ⁊ ꝙ male gratus Iaſō
Hyppolitiq; parens hyppolituſq; legant
Quodq; tenens ſtrictum Dido miſerabilis enſem
Dictat: ⁊ ęonie leſbis amica lyre.
Quam cito de toto rediijt meus orbe ſabinus:
Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis.
Candida penelope ſignum cognouit Vlyxis.
Legit ab Hyppolito ſcripta nouerca ſuo.
Iam pius Aeneas miſerę reſcripſit eliſſe:
Quod legat phyllis ſi modo viuit habet.
Triſtis ad hypſiphylem ab Iaſone littera venit:
Dat votam phębo leſbys amica lyram.
Et paris eſt illic ⁊ adultera nobile crimen
Et comes extincto Laodomia viro.

REGISTRVM.

a b c d e f g.

¶ Impreſſum in oppido Tridini per Iacobum de Portonarijs. Anno dñi. M.ccccc.xliij. die xxix. menſis Ianuarij.



AMM. PROV. DI TORINO
№ 5606
BIBLIOTECA

DIVS ~ HEROIDAS ~ TRIDINI 1543

NCIA DI TORIN
BIBLIOTECA